ecclesia: fm̄ illud: Postula a me: z dabo ti-
bi gētes hereditatē tuam. Ergo hereditas
nostra deus dicit: qz ipse nos pascit z cōti-**

net. Et hereditas dei dicimur: quia ipse nos administrat et regit. Quapropter vox ecclesie est in hoc psalmo: vocate ad hereditatem: ut ipsa fiat hereditas domini.

*Alia lra.
† auribus.
pape.*

Expositio psalmi.

Verba mea exaudi domine: Vocata inuocat dominum: ut eodem opitulante pertranseat nequitiam seculi huius: et ad eum perueniat. **Intellige clamorem meum.** Bene ostendit quod iste sit clamor qui interior de cordis cubili sine strepitu corporis perueniat ad deum: Quia quidem vox corporalis auditur: spiritualis autem intelligitur. Quod hoc sit etiam exaudire dei: non aure carnali: sed maiestatem presentia. **Intende vocem obsecrationis mee:** Id est illi voci quam ut deus intelligat: petit. Que qualis sit: iam insinuauit cum dixit: **Intellige clamorem meum: intende vocem obsecrationis mee: Rex meus et deus meus.** Quis et filius dei: et pater dei: et filius patris et filius veri deus. Et si interrogemur de spiritu sancto: nihil aliud respondendum est nisi quod deus sit. Et cum simul dicunt: pater et filius et spiritus sanctus: nihil aliud intelligendum est quam verum deum: tamen regem: filium solent appellare scripture. Secundum ergo illud quod dictum est: **Per me itur ad patrem: recte primo rex meus: et deinde deus meus.** Nec tamen dixit intendite: sed intende. Non enim duos aut tres deos fides catholica predicat: sed ipsam trinitatem unum deum. Non ut eadem trinitas si possit aliquam partem: aliquam filium: aliquam spiritus sanctus dici: sic Sabellius credidit: sed ut pater non nisi pater: et filius non nisi filius: et spiritus sanctus non nisi spiritus sanctus: et hec trinitas si nisi verum deum. Quia cum dixisset Apollonius: **Ex quo omnia: per que omnia: in quo omnia: trinitatem ipsam insinuasse credit:** Nec tamen obiecit: **ipsis gloria: sed ipsi gloria.**

*Alia lra.
† orationis*

Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam: Quid sibi vult quod superius dixit exaudi: quasi in presenti se exaudiri cuperet: nunc vero dicit mane exaudies: non exaudi. Et ad te orabo: non ad te oro. Et deiceps:

Mane astabo tibi et videbo: Non asto: et video: nisi forte superior eius oratio: ipsam vocationem offendit: Caligans autem in peccatis huius seculi: sentit se non videre quod cupit: et tamen sperare non desinit. Spes enim que videt: non est spes. Intelligit tamen quare non videat: quia nondum nox peracta est: id est tenebre quas peccata meruerunt. Dicit ergo: **Quoniam ad te orabo domine: id est quoniam tantus es ad quem orabo: Mane exaudies vocem meam.** Non ille es inquit: qui possis videri ab eis quorum ab

oculis nox peccatorum nondum recessit. Peracta ergo erroris mei nocte: et discedentibus tenebris quas mihi peccatis meis feci: exaudies vocem meam. Cur ergo superius non ait exaudies sed exaudi: An postquam clamauit exaudi: et non mox exaudita est: sensit quod oporteat transire: ut possit exaudiri: An et superius exaudita est. Sed nondum se intelligit exaudiri: quia nondum videt a quo exaudita est. Et quod nunc ait: **Mane exaudies: hoc intelligi voluit: mane intelligam me esse exaudita.** Qualis est ista locutio: **Exurge domine: id est fac me exurgere.** Sed si hoc de resurrectione christi accipitur: illud certe non potest recte aliter accipi: **Leptat vos dominus deus vester: ut sciat si diligitis eum.** Nisi ut vos per illum sciatis: et vobis metipsis manifestetur: quantum in eius amore profeceritis. **Mane astabo tibi et videbo: Astabo quid est: nisi non iacebo: Quid est autem aliud iacere: nisi in terra quiescere: quod est in terrenis voluptatibus beatitudinem querere: Astabo inquit et videbo.** Non est ergo inherendum terrenis: si volumus deum videre: qui mundo corde respicit. **Quoniam non deus volens iniquitate tu es. Non habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti domine oes qui operantur iniquitate: perdes oes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum et dolosum abominabitur dominus.** Iniquitas: malignitas: mendacium: homicidium: dolus: et quicquid homini est: ipsa nox est. **Qua transiente fit mane: ut videat deus.** Cuius ergo exposuit quare mane astabit et videbit: quoniam non deus volens iniquitatem inquit tu es. Si enim deus esset qui vellet iniquitate: posset etiam ab iniquis videri: ut non mane videretur: id est cum iniquitatis nox transierit. **Non habitabit iuxta te malignus: id est non sic videbit: ut hereat. Ideo sequitur: Neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.** Quia oculi eorum: id est mens eorum reuerberat luce veritatis propter tenebras peccatorum: quorum consuetudine fulgorem recte intelligentie sustinere non possunt. Ergo et qui vident aliquando: id est qui vix intelligunt: tamen adhuc iniusti sunt: non ibi permanent amando ea que auerunt a vero. **Herunt enim seculum suam noctem: id est non solum consuetudinem: sed etiam amorem peccandi.** Que nox si transierit: id est si peccare destiterit: et ipse amor atque consuetudo fugata fuerit: fit mane: ita ut non solum intelligat: sed etiam inhereant veritati. **Odisti domine oes qui operantur iniquitate.**

*Alia lra.
† Neq.*

O dium dei ex illa locutione intelligendū est: qua odit peccator q̄sq̄ veritatē. Uide tur eīn quod r̄ illa odit: quos in se manere nō sinit. Nō autē manent: qui eā sustinere nō valent. **Perdes eos q̄ loquūtur mendaciū.** Hoc eīn est veritati cōtrariū. Sed ne quis putet aliquā substantiaz vel naturā veritati esse cōtrariā: intelligat ad id qd̄ nō est pertinere mendaciū: nō ad id quod est. Si eīn b̄ dicit qd̄ est: verū dicitur. Si autē hoc dicit qd̄ nō est: mendaciū est. Ideo inquit p̄des oēs qui loquunt̄ mē dacium: quia recedentes ab eo qd̄ est: ad id quod nō est declinant. Multa quidē videntur p̄ salute aut cōmodo alicuius: non malicia: sed benignitate mendacia. Quale illarū in exodo obstetricū q̄ Pharaoni falsum renūciauerūt: vt infantes filioꝝ israhel nō necarentur. Sed etiam ista nō re: sed in dolo laudant̄: Qm̄ qui tātū hoc modo mētuntur: merebūtur aliq̄n ab omni mendacio liberari. Nam in ihs qui p̄fecti sunt: nec ista mendacia inueniūtur. Quib⁹ dicitū est: Sit in ore vestro est est: nō nō. Quicquid ampli⁹ est: a malo est. Nec inmerito alto loco scriptū est: Os quod mentis occidit animā. Nec quis arbitretur p̄fectum r̄ spiritalē hoīem p̄ ista tēporali vita in cui⁹ morte nō occiditur aīa: siue sua: siue alterius: debere mentiri. Sed qm̄ aliud est mētiri: aliud est verū occultare. Siquidē aliud est falsum dicere: aliud verū tacere. Si q̄s forte vel ad istam visibilē mortem nō vult hominē p̄dere: paratus esse debet verū occultare: nō falsū dicere. Et neq̄ prodat: neq̄ mentiatur. Ne occidat animā suā p̄ corpore alterius. Si autē hoc nondū p̄t: vel sola huius necessitatis habeat mendacia: vt etiā ab istis si sola remāserint: libera ri mereatur: r̄ spiritus sancti robur accipere: quo quicquid perpetiendū est p̄ veritate: cōtemnat. Duo sunt oīno genera mendaciorū: in quibus nō magna culpa est: sed tamē nō sunt sine culpa: Cū aut iocamur: Aut vt primis psim⁹ mētuntur. Illud primū in iocādo: iō nō ē p̄niciosissimū: qz nō fallit. Nouit eīn ille cui dicitur: ioci causa esse dictū. Scdm̄ autē ideo mitius est: qz retinet nonnullā beniuolentiaz. Illud vero quod nō habet duplex cor: nec mendaciū quidē dicēduz est. Tanq̄ (verbi gratia) si cui gladius cōmendat: r̄ p̄mittat se reddi tur: cū ille q̄ cōmēdauit p̄poscerit: Si forte gladiū suū repetat furens: manifestū est

tūc nō esse reddendū: Ne vel se occidat vt alios: dōec ei sanitas restituat. Hoc iō nō habet duplex cor: qz ille cui cōmendat⁹ est gladius: cū p̄mittat se redditurū p̄scēti: nō cogitabat furentē posse repetere. Verum autē occultauit r̄ d̄s: cū discipulis nō dum idoneis dixit: Multa habeo vobis dicere: sed nunc non potestis portare illa. Et apostolus Paulus cū ait: Nō potui loqui vobis quasi spiritualib⁹: sed quasi carnalibus. Unde manifestū est nō esse culpā dum aliq̄n verū tacere. Falsū autē dicē: nō inuenitur cōcessum esse p̄fectis. **Virū sanguinū r̄ dolosū abominabit̄ d̄s:** Potest hic recte videri repetitū qd̄ ait sup̄ius: Odisti d̄ne oēs qui opantur iniquitatē: p̄des eos qui loquūtur mendaciū. Ut virū sanguinū ad opantē iniquitatē referas: dolosū autē ad mendaciū. Sol⁹ eīn est: cum aliud agitur: aliud simulat. Et apto verbo vsus est qd̄ ait: Abominabit̄. Solēt eīn abominati: dici: exhēdati. Hic autē psalmus p̄ ea est q̄ hereditatē accipit: Que subiicit exultationem spei sue dicēs: **Ego autē in multitudine miseratōis tue.** Introibo in domū tuā: In multitudine miseratōis: fortasse in multitudine hoīm p̄fectoꝝ r̄ b̄toꝝ dicit: Quib⁹ ciuitas illa p̄stabit: quā nūc p̄turit r̄ paulatī parit ecclia. Hoīes autē multos regnātos atq̄ p̄fectos: recte dici multitudinē miseratōis dei q̄s negat: cū verissime dictū sit: Quid est hō qz memor es ei⁹: aut fili⁹ hoīs qz visitas eū: Introibo in domū tuā: tāq̄ lapis credo in edificii dictū est. Quid eīn aliud dom⁹ dei q̄ tēplū dei est: Be q̄ dictū est: Templū eīn dei sanctū est: qd̄ estl̄ vos: Cui⁹ edificij lapis angularis est ille: quē suscepit coeterna p̄ri virt⁹ r̄ sapia dei. **Adorabo ad templū sc̄m̄ tuū in timore tuo.** Ad tēplū: sicut p̄pe tēplū intelligim⁹. Nō eīn ait: Adorabo in tēplo sc̄to tuo: sed adorabo ad templū sanctū tuū. Intelligēdū etiā est nō de p̄fectione: sed de p̄gressu ad p̄fectionē dictū esse. Ut illud p̄fectionē significet: Introibo in domū tuā. S; vt b̄ pueniat: prius adorabo inquit ad templū sc̄m̄ tuū. Et fortasse ob hoc addidit: in timore tuo: quod magnū est p̄sidiū p̄cedentibus ad salutē. Cū aut quisq̄ puenierit: si et in eo qd̄ dictū est: Cōsummata dilectio: foras mittat timorē. Nō eīn timent iam amicum: quib⁹ dictū est: Nā nō dicā vos seruos: sed amicos: Cū ad id qd̄ p̄missum est: per-

Alia lra.
t miser cordis

ducti fuerint. Dñe reduc me in tua iusticia ppter inimicos meos. Satis hic declarauit in professione se esse: id est in pfectu ad pfectionē: nondū in ipsa pfectione: qm̄ vt deducatur exoptat. In tua iusticia aut: nō in ea q̄ videt hoibus. Nam et malū p malo reddere: iusticia videt: s̄ nō est ei⁹ de quo dictū est: Qui facit oriri solē suū sup bonos et malos: Quia et cū punit deus pctōres: nō malū suū eis infert: sed malis eorū eos dimittit. Ecce inqt̄ pturit iniusticia: cōcepit dolor: et pepit iniquitatē. Lacū apuit et effodit eū: et incidit in foueas quā opatus ē. Cōuertet dolor ei⁹ in caput ei⁹: et in verticē ei⁹ iniquitas ei⁹ descēdet. Cū ḡ punit de⁹: vt iudex punit eos qui legē ptererūt. Nō eis inferēs de seipso malū: s̄ in id qd̄ elegerūt eos expellēs: ad cōplendaz sūmā miseriarū. Dō aut̄ cū maluz p malo reddit: malo voto id facit. Et ob h̄ prior ipse mal⁹ est: dū punire vult malū. Dirige in aspectu tuo iter meū. Nihil māifestius: q̄ id tēpus eū cōmendare: quo p̄ficat. Hoc est em̄ iter qd̄ nō terraz locis pagitur: sed affectib⁹ aīorum. In cōspectu inqt̄ tuo dirige iter meū. Id est vbi null⁹ hominū videt. Quib⁹ credendū nō est laudātib⁹: aut vitupantib⁹. Nō em̄ villo modo possunt de aliena cōscia iudicare: in q̄ iter dirigat ad deū. Ideo subiecit. Qm̄ nō est in ore eorū veritas: Quibus vāqz iudicantib⁹ nō est credenduz: et ideo intro ad cōscientiā et ad dei cōspectū confugienduz est. Cor eorū vanū est. Quō ergo pōt esse in ore eorū veritas: quoz cor fallit de peccato et pena peccati: Nō reuocant hoies illa voce: Et quid diligit vanitatē: et q̄ntis mēdaciū. Sepulchz patēs est guttur eorū: Ad voracitatis significationē referri pōt: ppter quā plerūqz homines adulatione mentiūtur. Et mirabiliter dixit: patēs sepulchrū: qm̄ semp̄ inhiat illa voracitas: nō vt sepulchra q̄ receptis cadauerib⁹ muniant. Potest et illud intelligi: quod mēdacio et blanda adulatōe trahunt in se quos ad peccata illectant: et eos tanq̄ deuorant: cū in suam vitā cōuertūt. Quod quib⁹ cōtingit qm̄ peccato moriūtur: recte illi a quib⁹ inducūtur: sepulchra patentia dicti sunt: qz et ipsi quodāmodo exanimēs sunt: vitā nō habendo veritatē. Et mortuos in se recipiunt: quos verbis mendacibus tyano corde interemptos in se cōuertūt. Linguis suis dolose age

Alia lra.
t vitā meā.

bant. Id est linguis malis. Nā hoc videtur significare: cū dicit suis. Malī em̄ malas habent linguas: id est mala loquūtur: cum loquūtur dolum. Quibus dñs dicit: Quō potestis bona loqui: cum sitis malie. Judica illos deus. Decidant a cogitationibus suis: Prophetia est: nō maledictio. Non em̄ optat vt eueniat: sed cernit quid euenturū sit. Cōtingit aut̄ illis: non quia videtur optasse: sed quia tales sunt vt merito contingat. Sic em̄ et qd̄ postea dicit: Letentur oēs qui sperāt in te: per prophetiā dicit: quoniā cernit esse letaturos. Sic p̄ pphetiam dictum est: Excita potentiam tuā et veni: qm̄ videbat esse v̄turum. Qz̄ possit etiaz hoc modo accipi quod dictū est: Decidant a cogitationib⁹ suis: vt magis bene ab eo optatū credatur dñi cadūt a cogitatōib⁹ suis malis: id est vt iam nō cogitent mala. Sed vetat sic intelligi quod sequitur: Expelle eos. Nullō em̄ mō pōt in bonā partē accipi: cū quisqz expellitur a deo. Quapropter p̄ pphetiā dictū nō per maliuolentiā intelligit: cū hoc dictū sit qd̄ necessario talibus euenturū est: qui in peccatis que memorata sunt pseuerare voluerint. Decidant ḡ a cogitationibus suis dictū est: decidant accusantib⁹ se cogitationib⁹ suis: testimoniū phibente cōsciētia sua: Sicut Ap̄lus dicit: Et cogitationū accusantiū seu defendentiū: in reuelatione iusti iudicij dei. Secundū multitudinē impietatu eorū expelle eos: Id est longe eos expelle. Hoc est em̄ s̄m̄ multitudinē impietatu eorū: vt multū expellantur. Expelluntur ergo impij ab illa hereditate q̄ intelligendo et videndo deuz possidet: sicut expellunt morbidī oculi fulgore lucis: cū illis ea pena est: que alijs leticia. Nō ḡ ipsi mane astabūt et videbunt. Et tā magna pena est ista expulsio: q̄ magnū premiū est illud qd̄ dictū est: Adhī aut̄ adherere deo bonū est. Huic pene contrariū est: Intra in gaudiū dñi tui. Quia huic expulsionī simile est: Projicite illū in tenebras exteriores. Qm̄ in amaricate rūt te dñe. Ego sum inqt̄ panis viu⁹ qd̄ celo descēdi: Et opamini escā q̄ nō corrūpit. Et gustate et videte qm̄ suauis ē dñs. Pctōrib⁹ aut̄ panis veritatis amar⁹ est. Et os vera dicētis oderūt. Ipsi ḡ amari-cauerunt deū: qui peccando in eam egritudinē deuenerūt: vt cibū veritatis quo sane aīe gaudēt: tanq̄ felleū sustinē nō possunt.

Alia lra.
t irritauit

Et letentur omnes qui sperant in te. Aliis illi quibus gustandus suavis est dominus. **In eternum exultabit et habitabis in eis.** Ipsa ergo erit eterna exultatio: cum templum dei fuerit iusti. **Et erit gaudium ipsorum: ipse incolat eorum.** **Et gloriantur in te omnes qui diligunt nomen tuum.** Tanquam cum adest eis ad fruendum quod diligunt. **Et bene in te tanquam possidentes hereditatem:** de qua Titulus psalmi est: cum et ipsi sint eius hereditas: quod significat: inhabitabis in eis. **A quo bono prohibentur: quos sunt multitudinem impietatum eorum expellit deus.** **Quonia tu benedices iusto.** Nec est benedictio: gloriari in deo: et inhabitari a deo. **Ista sanctificatio procedit iustis.** Sed ut iustificentur: procedit vocatio: que non est merito: sed gratie dei. **Omnes enim peccaverunt et egent gloria dei.** Quos enim vocavit: hos et iustificavit. Quos autem iustificavit: hos et glorificavit. **Quia ergo vocatio non merito: sed benivolentie et misericordie dei est: subiecit dicens.** **Domine: ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos.** **Bona enim voluntas dei procedit bonam voluntatem nostram: ut peccatores vocet in penitentiam:** **Et ipsa sunt arma: quibus expugnat inimicus.** **Contra quem dicit: Quis accusabit adversus electos dei: Et si deus pro nobis: quis contra nos? Qui unico filio suo non peperit: sed pro nobis omnibus tradidit illum.** Si enim adhuc cum inimici essemus: christus pro nobis mortuus est: multo magis reconciliati: salvi erimus ab ira pro ipso. **Hoc est invictissimum scutum: quo repellitur inimicus desperationem suggerens: multitudine tribulationum et temptationum.** **Totus ergo textus psalmi est oratio ut exaudiat: ab eo quod scriptum est: Elerba mea exaudi domine: usque ad Rex me et deus meus.** **Beinde intellectus eorum qui impediant ad videndum deum: id est ut se exaudiri esse cognoscat: ab eo quod scriptum est: Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam: usque ad Virum sanguinum et dolosum abominabitur dominus.** **Tertio sperat se domum dei futuram: et nunc ei appropinquare in timore ante consumationem que expellit timorem: ab eo quod scriptum est: Ego autem in multitudine misericordie tue: usque ad Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.** **Quarto proficiente se atque promouente inter illa ipsa quibus impedi se sentit: orat ut adiuvetur intrinsecus ubi nemo hominum videt: ne auertat malis linguis: ab eo quod scriptum est: Domine deduc me**

in tua iusticia propter inimicos meos: usque ad Linguis suis dolose agebat. **Quinto prophetia est: que pena maneat impijs: qui iustus vix saluus erit.** **Et quod premium iusti adepturi sint: qui vocati venerunt: et donec producerent viriliter omnia sustinuerunt: ab eo quod scriptum est: Judica illos deus: usque ad finem psalmi.**

Explicit Tractatus de ps. v. Incipit tractatus de ps. vi. In fine in hymnis de octavo: ps. David.

De octavo: hic videtur obscurum. Nam cetera in hoc titulo manifestiora sunt. **Usum est enim nonnullis die iudicij significare: id est tempus aduentus domini nostri quo venturus est ad iudicandum vivos et mortuos.** **Qui aduentus computatis annis ab Adam post septem milia annorum futurus creditur.** **Ut septem annorum milia tanquam septem dies transseant.** **Beinde illud tempus tanquam dies octavo adveniat.** **Sed quoniam dictum est a domino: Non est vestrum scire tempora que pater posuit in sua potestate.** **Et de die vero et hora illa nemo scit: neque angelus: neque virtus: neque filius: nisi solus pater.** **Et illud quod scriptum est: Tanquam fure venire die domini: satis apte ostendit neminem sibi oportere arrogare scientiam illius temporis computatione aliqua annorum.** **Si enim post septem milia annorum ille dies venturus est: omnis homo poterit annis computatis adventum eius addiscere.** **Ubi erit ergo: quod nec filius hoc novit: Quod utique ideo dictum est: quia pro filium homines hoc non discunt: non quia apud se ipse non novit: sed secundum illam locutionem: Teptat vos dominus deus vester: ut sciat: id est scire faciat vos.** **Et exurge domine: id est fac nos exurgere.** **Cum ergo ita dicat: nescire filium hunc die: non quod nesciat: sed quod nescire faciat eos quibus hoc non expedit scire: id est non eis hoc ostendat: quid sibi vult nescio que presumptio: que annis computatis: certissimum sperat post septem annorum milia die domini: Nescios igitur quod scire nos dominus noluit: libenter nesciamus.** **Et queramus quid velit sibi iste titulus: qui scribit de octavo.** **Poterit quidem etiam nulla annorum temeraria supputatione: dies iudicij octavo intelligi: quod iam post finem huius seculi accepta eterna vita: tunc non erunt anime iustorum obnoxie temporibus.** **Et quoniam omnia tempora septem dierum istorum repetitione voluntur: octavus forte ille dictus est: qui varietatem istam non habebit.** **Est aliud quod hic non absurde accipi poterit: cur octavum dicat iudicium: quod post duas generationes futurus est:**

vnā q̄ ad corpus: alterā que ad animā p̄ti-
net. Ab Adā em̄ vsq̄ ad Moyſen genus
humanū vixit ex corpore: id est fm̄ carnē.
Qui etiā exterior et vet̄ homo dicit̄: et cui
vet̄ testamentū datū est. Est q̄uis religio-
sis: tñ carnalibus adhuc opationib⁹ futu-
ra spūalia p̄signaret. Hoc toto tempe quo
fm̄ corpus viuebat: regnauit mors: sicut
Apostolus ait: etiā in eos qui nō peccau-
erūt. Regnauit aut̄ ex similitudine p̄uari-
cationis Adē: sicut idē dicit: qm̄ vsq̄ ad
Moyſen accipiendū est: q̄usq̄ legis ope-
ra: id est carnaliter obseruata illa sacramē-
ta: etiā eos obstrictos tenuerūt certi myste-
rii gr̄a: qui vni deo subditi erāt. Ab adue-
tu aut̄ domini ex quo ad circūcisionē cor-
dis a carnis circūcisione transitū est: facta
vocatio est: vt fm̄ aiām viueret: id est fm̄
interiorē hominē. Qui etiā nouus hō p̄
regenerationē dicit̄ morūq̄ spiritualiū in-
nouationē. Manifestū est aut̄ ad corpus
quaternariū numerū pertinere: p̄pter notis-
sima elemēta quattuor quib⁹ p̄stat: et quat-
tuor qualitates: siccam: humidā: calidā:
frigidā. Unde quattuor etiā tēporibus ad-
ministrat: verno: estate: autumnō: hyeme.
Hec sunt notissima. Nam de quaternario
numero corpis tractat̄ etiā alibi subtili⁹:
sed obscurius. Quod in hoc sermone vi-
tandū est: quē etiā minus eruditus accom-
modatū esse volum⁹. Ad animū vero ter-
nariū numerū p̄tinere pōt̄ intelligi: ex eo
q̄ tripliciter deum diligere iubemur: ex to-
to corde: ex tota anima: ex tota mente. Be-
quibus singulis nō in psalterio: sed in euā-
gelio disputandū est. Hūc ad testimoniū
ternarij numeri ad animū p̄tinentis: satis
puto esse qd̄ dictū est. Peractis igitur nu-
meris corporis ad veterē hominē et ad ve-
tus testamentū p̄tinentib⁹: pactis etiā nu-
meris animi ad nouū hominē et ad nouū
testamentū relatis: sicut septenario nume-
ro trāfacto: q̄ vnū quodq̄ t̄p̄aliter agitur:
quaternario in corpus: ternario in aim̄ dis-
tributo: veniet octau⁹ iudicij dies. Qui
meritū tribuēs qd̄ debet: iā nō ad opa t̄pa-
lia: s̄ ad vitā eternā scōs trāſſeret. Impios
vero dānat in eternū. Quā dānationē me-
tuēs: orat̄ ecclia in h̄ psalmo dicens:

Alia lra.
† furore tuo.

Domine ne ira tua arguas
me: Bicit etiā Ap̄tus irā iudicij.
Thesaurizas tibi inqt̄ irā i die ire
iusti iudicij dei. In q̄ se nō vult argui: q̄-
s̄ i hac vita sanari desiderat. Hec in† fu-

Alia lra.
† ira tua.

rore tuo corripas me. Corripas: mi-
ti⁹ videt̄. Ad emēdationē em̄ valet. Nā q̄
arguit̄: id est accusat̄: metuēdū est ne in fi-
nē habeat dānationē. Sed qm̄ furor plus
videt̄ eē q̄ ira: pōt̄ mouere cur illud qd̄ est
mi⁹: id est correptio: cū eo positū ē qd̄ est
duri⁹: id est cū furore. S̄ ego puto vnā rē
duob⁹ verbis significatā. Nam in greco
θυμῶς. qd̄ est in primo versū: h̄ significat
qd̄ οργη. qd̄ est in sc̄do versū. Sed cū lati-
ni vellēt etiā ipsa duo v̄ba ponere: q̄situm
est qd̄ eēt vicinū ire: et positū est furor. In
varie codices h̄nt. Nā in alijs pus ip̄enit
ira: deinde furor. In alijs pus furor: dein-
de ira. In alijs p̄ furore indignatio ponit̄:
aut bilis. S̄ q̄quid illud ē: mor⁹ ē animi
p̄uocās ad penā inferendā. Qui tñ mor⁹:
nō tanq̄ aie deo tribuēdus est: de q̄ dictū
est: Tu aut̄ dñe virtutū cū trāquillitate iu-
dicas. Qd̄ aut̄ trāquillū est: nō est p̄turba-
tū. Nō ergo cadit i deū iudicē p̄turbatio:
s̄ qd̄ in eius ministr̄ fit: q̄ p̄ leges eius fit:
ira ei⁹ dicitur. In q̄ ira nō solū argui se nō
vult anima q̄ nūc orat̄: s̄ nec corrip̄i: id est
emēdari vel erudiri. Nā in greco πῶδ' εὐ-
σῆς. positum est: id est erudias. Argun-
tur em̄ in die iudicij oēs q̄ nō habēt funda-
mentū qd̄ est christus. Emēdant̄ aut̄: id ē
purgant̄: q̄ huic fundamēto supēdificāt li-
gnū: fenū: stipulā. Betrimētū em̄ patien-
tur: s̄ salui erunt tanq̄ p̄ ignē. Quid ḡ iste
orat̄: q̄ nō vult in ira dñi vel argui vel emē-
dari: Quid nisi vt̄ sanet̄? Ubi em̄ sanitas
est: nec mors metuenda est: nec vr̄ētis aut
secātis medici manus. Sequit̄ itaq̄ et dicit̄:

Miserere mei domine qm̄ infir-
mus sum: sana me dñe quoniam tur-
bata sunt ossa mea. Id est firmanētus
anime mee vel fortitudo. Hec em̄ ossa sig-
nificāt. Bicit ergo anima: fortitudinē suā
esse turbatā: cū ossa nominat. Neq̄ enim
credendū est: qd̄ habeat ossa que videm⁹
in corpore. Quapropter ad expositionē
pertinet qd̄ subiicit. Et anima mea
turbata est valde: Ne qd̄ ossa appella-
uit: corporis intelligerent̄. Et tu domi-
ne vsq̄ quo. Quis nō intelligat signifi-
cari animā luctantē cū moribus suis: diu
autē dilatā a medico: vt̄ ei p̄suaderetur in
que mala se peccādo p̄cipitauerit: Quod
em̄ facile sanat̄: nō multū cauetur. Ex dif-
ficultate aut̄ sanationis: erit diligentior cu-
stodia recepte sanitat̄. Nō ergo tanq̄ cru-
delis de⁹ estimādus est: cui dicitur: Et tu

domine vsq; Sed tanq; bonus psuasor anime: quid mali sibi ipsi peperit. **N**ondū em̄ tā pfecte orat hec anima vt ei dici possit: **A**dhuc loquēte te dicam: **E**cce assum. Simul vt etiā illud agnoscat quāta pena impijs pparetur qui se nolūt cōuētere ad deū: si tantā difficultatē cōuēterentes patiunt. **S**icut alio loco scriptuz est: **S**i iustus vix saluus erit: peccator et impius vbi parerūt: **C**onuertere dñe et erue animā meā: **C**onuertēs se: orat vt ad eā cōuertatur et deus: **S**icut dictū est: **C**onuertimini ad me: et auertar ad vos: dicit dñs. **A**n ex illa locutiōe intelligendū est: cōuētere dñe: id est fac me auerti: cū in ipsa sua puerfione difficultatē laboremq; sentiret. **N**ā pfecta nostra cōuersio paratū inuenit deū: sicut ppha dicit: **T**anq; diluculū paratū inueniem̄ eū. **Q**uā vt euz amittem̄: nō eius absentia q; vbiq; adest: sed nra sec auersio. **I**n hoc mūdo erat inq;: et mūdus p eū factus est: et mūdus eū nō cognouit. **S**i ergo in hoc mūdo erat: et mūdus eū nō cognouit: nra inuidicia nō fert ei' aspectū. **B**ū em̄ nos auertimur: id est mutatione veteris vite resculpm̄ spirituz nostrū: durū sentimus et laboriosū ad serenitatē et trāquillitatē diuine lucis a terrenaz cupidatū caligine retorq;ri. **E**t in tali difficultate dicimus: cōuētere dñe: id est adiuua nos vt pficiat in nobis puerfio q; te paratū inuenit: et fruendū te pbentē dilectorib' tuis. **E**t iō postq; dixit: **C**onuertere dñe: ad didit: et erue animā meā: tanq; inherentes pplexitatibus hui' seculi: et spinas quas dā dilacerantū desideriorū in ipsa cōuersiōe patiētē. **S**alu me fac: inquit: ppter misericordiā tuā. **I**ntelligit nō suozū meritoz esse q; sanat: qñquidē peccati et datū pceptū ptereunt; iusta dānatio debet. **S**ana me q; inquit: nō ppter meritum meū: s; ppter misericordiā tuā. **Q**uā nō est in morte qui memor sit tui: **I**ntelligit quoq; nūc cē tps puerfiois. **Q**uia cū ista vita trāsierit: n̄ restat nisi retributio meritoz. **I**n inferno q; cōfitebit tibi: **C**onfessus ē in inferno ille diues: de q; quo dñs dicit: **Q**ui Lazarū vidit in rege: se aut in tormētis dolebat. **E**tsq; adeo cōfessus: vt etiam moneri suos vellet: vt se a pctis cohiberēt: ppter penas q; apd inferos eē nō credūt. **Q**uis q; frustra pessus est: tñ sibi merito illa accidisse tormēta: qñ etiā suos ne in hec inciderēt: doceri cupiebat.

Quid ergo est: in inferno q; pfitetur tibi: **A**n infernū vult intelligi: quo post iudiciū picipitabūtur impij: vbi iā ppter pfun diores tenebras nullā dei lucē videbunt: cui aliqd pfitent: **N**ā iste adhuc eleuat oculis q̄uis imani pfundo interposito: potuit tñ videre Lazarū in rege pfitutū. **E**t cui' cōpatiōe: ad pessionē coactus ē mitoroz suozū. **P**ōt etiā illud itelligi: vt morte vocet pctū: qd ptepta diuina lege committit: vt aculeū mortis: mortē appellem: qd mortē cōparet. **A**cule' em̄ mortis: peccatū. **I**n q; morte: h̄ eē imemorē dei: legē ei' et pcepta ptenere. **E**t infernū dixerit: cecitate animi: q; peccantē: id ē moriētē excipit et inuoluit. **S**icut nō pbaueit inq; h̄re deū in noticia: dedit illos de' in reprobus sensū. **A**b ista morte et ab isto inferno tutā se pberi aia depcat: dū molit pessionē ad deū: et sentit difficultates. **Q**uaprop' ptext dices: **L**aborau in gemitu meo. **E**t tāq; paz pferit: addidit et dicit: **L**auabo p singulas noctes lectū meū: **L**ectus est h̄ loco appellat': vbi req̄scit animus eger et infirm': id est in voluptate cor por' et oī delectatiōe seculari. **Q**uā delectationē lachrymis lauat: q; sese ab illa conat extrahere. **E**idet em̄ iā se dānare carnales cōcupiscētias: et tñ delectatiōe tenet infirmas: et in ea libēter iacet: vñ resurgere nisi sanatus anim' nō pōt. **Q**z aut ait: p singulas noctes: h̄ fortasse accipi voluit: qd ille q; spū p̄mptus sentit aliquā lucē vitat': et tñ in delectationē hui' seculi p carnis infirmitatē aliqu' req̄scit: tanq; dies et noctes alterno affectu cogit pati. **E**t cū dicit: mēte seruo legi dei: tāq; diē sentiat. **R**ursus cū dicit: carne aut legi pcti: inclinet in noctē: donec oīs nox trāseat: et veniat vn' dies: de q; dicit: **A**dane astabo tibi: et videbo. **T**ūc em̄ astabit. **N**ūc aut iacet: qñ in lecto ē. **Q**uē lauabit p singulas noctes: vt tātis lachrymis ipetret efficacissimā de dei misericordia medicinā. **I**n lachrymis stratum meū rigabo. **R**epetito ē. **C**ū em̄ dicit: in lachrymis: ondit quē admodū sup' lauabo: dixerit. **H**oc aut accipim' stratū: qd superius lectū. **Q**z rigabo: amplius sit aliquid: q; lauabo. **Q**uā pōt aliqd in superficie lauari: **R**igatio vero ad interiora p̄tinet: qd significat fletū vsq; ad cordis intima. **T**pm em̄ varietas qd p̄terituz posuit: cū diceret: laborau in gemitu meo: et futurum: cū diceret: lauabo p singulas noctes

Alia lra. t. cipe.

lectū meuz: rursus futurum: in lachrymis
stratū meū rigabo: illud ostēdit: qđ sibi di-
cere debeat: cū quisq; in gemitu frustra la-
borauerit. **Tanq; diceret: Nō pfuit cū h̄
feci. qđ illud faciā. Turbat⁹ ē ab ira
oculus me⁹:** **Utrū sua an dei:** in q̄ petit
ne argueret aut corripere. **Sed si illa diez
iudicij significat:** quō nūc pōt itelligi: An
inchoatio eius est: qđ hic hoies dolores ⁊
tormēta patiunt: ⁊ marie dānū intelligen-
tie vitatis: sicut iā cōmemorauī qđ dictuz
est: **Bedit illos de⁹ in reprobū sensū:** Nam
ea est cecitas mentis. **In eā q̄squis dat⁹ fu-
erit:** ab interiore dei luce secludit. **Sed nō
dū penitus:** cū in hac vita ē. **Sūt enī tene-
bre exteriores q̄ mag; ad diē iudicij ptine-
re intelligunt:** Ut penit⁹ extra deū sit: q̄sqs
dū tps est: corrigi noluerit. **Penit⁹ enī eē
extra deū quid est:** nisi esse in sūma cecita-
te. **Siquidē de⁹ habitat lucē inaccessibilē:**
quo ingrediunt quib⁹ dicit: **Intra ingau-
diuz dñi tui.** **Huius igit ire inchoatio est:**
quā in hac vita patit quisq; pctōr. **Timēs
itaq; iudicij diē:** laborat ⁊ plāgit: ne ad il-
lud pducat: cui⁹ initū tam pñtiosum nūc
experit. **Et ideo nō dixit: extinet⁹ est:** s; tur-
bat⁹ ē ab ira oculus me⁹. **Si autē sua ira di-
cit oculū suū eē turbatū:** neq; h̄ miz ē. **Nā
hinc forsitan dictū est: Nō occidat sol sup
iracundiā vestrā:** qđ interiorē solē: id ē sa-
pientiā dei: tanq; occasū in se pati arbitra-
tur mens: q̄ sua pturbatione illū videre nō
sinit. **Inueteraui in oibus inimicis
meis.** **De ira tm̄ dixerat: si tm̄ d̄ sua ira di-
xerat.** **Cōsideratis autē reliq; vitijs:** inue-
nit se oibus esse vallatū. **Que vitia qm̄ ve-
teris vite sunt ⁊ veteris hois:** q̄ eruendi su-
mus: vt induamur nouo: recte dictū est in-
ueteraui. **In oibus autē inimicis meis:** vel
inf̄ ipa vitia dicit: vel inter hoies q̄ nolunt
ad deū p̄uerti. **Nā ⁊ hi etiā si nesciūt:** etiā si
parcūt: etiā si iisdē p̄uuijs ⁊ domib⁹ ⁊ ciui-
tātib⁹ nulla lite interposita: ⁊ crebris collo-
quijs q̄si cōcorditer vtunt: nihilomin⁹ tm̄
intētiōe p̄traria: inimici sunt eis q̄ se ad de-
um p̄uertūt. **Nā cū alij amant ⁊ appetunt
istū mundū:** alij se optāt ab isto mūdo libe-
rari: quis nō videat illos inimicos eē istū?
Nā si p̄nt: eos secū ad penas trahunt. **Et
magñū donū est:** inf̄ eoz verba versari q̄-
tidie: ⁊ nō excedere de itinere p̄ceptoz dei.
Sepe enī mens nitens p̄gere in deū: p̄cus-
sa in ipso itinere trepidat. **Et plerūq; p̄pte-
rea nō implet bonū p̄positum:** ne offēdat

Alia lfa.
I a furore.

Alia lfa.
I inf oēs in-
imicos meos.

eos cum quib⁹ viuit: alia bona peritura ⁊
trāseuntia diligētes atq; sectātes. **Abhis
separ⁹ est ois sanus:** nō locis: sed animo.
Nā locis corpora cōtinent. **Animo autē lo-
cus est affectio sua.** **Quapropter post lato-
rē ⁊ gemitū ⁊ umbres creberrimos lachry-
marū:** qz inane nō pōt esse qđ tā vehemen-
ter rogatur: qz fons est oim miscōiarū: ve-
rissimeq; dictū est: **Prope est dñs obtritis
corde:** post tātas difficultates exauditā se
aia pia significās. **Quā licz etiā eccliaz in-
telligere:** vide qđ adiūgit. **Discedite
a me omnes q̄ opamini iniquitate:**
**qm̄ exaudiuit domin⁹ voce fletus
mei.** **Et in p̄phetia dictū est: qm̄ disces-
suri sunt:** id est sepabunt a iustis impij: cuz
iudicij dies venient. **Et nūc:** Quia etiā si
pariter atq; iisdē cōuenticulis cōtinentur:
tm̄ in area nuda iaz grana sepata sunt a pa-
leis: q̄uis inter paleas lateāt. **Simul itaq;
versari possunt:** sed simul vento auferrī nō
possunt. **Qm̄ exaudiuit dñs vocez fletus
mei.** **Exaudiuit dominus de p̄ca-
tionē meā: dñs orationē meā susce-
pit.** **Crebra eiusdē sententię repetitio:** nō
quasi narrātis necessitatē: sed affectū exul-
tantis ostendit. **Sic enī loqui gaudētes so-
lent:** vt nō eis sufficiat semel enunciare qđ
gaudent. **Iste fructus est illi⁹ gemitus:** in
quo laborat: ⁊ illarū lachrymarū: quibus
lauatur lectus: ⁊ stratus rigat. **Quoniam q̄
seminat in lachrymis:** in gaudio metet. **Et
beati lugentes:** qm̄ ipi p̄solabunt. **Erubescant
⁊ cōturbentur omnes in-
imici mei:** **Discedite a me oēs:** dixit supi-
us: qđ etiā in hac vita sicut expositū est: si-
eri pōt. **Qđ autē dicit: erubescāt ⁊ p̄turben-
tur:** nō video quēadmodū euenire possit:
nisi illo die cū manifesta fuerint iustoz pre-
mia ⁊ supplicia pctōz. **Nā nunc vsq; adeo
nō erubescūt impij vt nobis insultare non
desināt.** **Et plerūq; tm̄ valēt irrisionib⁹ su-
is:** vt infirmos hoies d̄ christi nomine eru-
bescere faciāt. **Unde dictū est: Quisquis
me erubuerit corā hoibus:** erubescā eū co-
ram patre meo. **Nā vero quisq; sublimia
illa p̄cepta implere voluerit vt dispergat:
det pauperib⁹:** quo iusticia ei⁹ maneat in-
ternū: omnibusq; suis rebus terrenis ven-
ditis ⁊ indigentibus erogatis: christuz seq̄
voluerit dicens: **Nihil intulimus in hunc
mundū: verū nec auferre quid possumus:**
victū ⁊ tegumentū h̄ntes: his p̄tenti sim⁹:
incidet in istoz sacrilegaz dicacitatē: ⁊ ab

Alia lfa b
vehemēter

eis qui sanari nolūt: vocat insanus: Et sepe ne hoc vocet a desperatis hoibus: trepidat facere et differt: quod oim fidelissim⁹ et potentissimus medicus imperauit. Non ergo nūc isti possunt erubescere: quib⁹ ne nos erubescam⁹ optandū est: et a pposito itinere vel reuocemur vel impediamur vlt retardemur. Sed veniet tēpus vt illi erubescant: dicētes vt scriptū est: **Hi sunt q̄s aliquādo habuim⁹ in derisum et in similitudinē improprij. Nos insensati: vitā illoꝝ estimabamus insaniaz: et finem illoꝝ sine honore. Quomodo cōputati sunt inter filios dei: et inter sanctos fors illoꝝ est. Ergo errauimus a via veritatis: et iusticie lumen nō luxit nobis: et sol non ortus est nobis. Repleti sumus iniquitatis via et pditionis: et ambulauimus solitudines difficiles: viam em̄ domini ignorauimus: Quid nobis p̄fuit superbia: aut quid diuitiarū iactatio cōtulit nobis: Trāsierunt omnia illa tāq̄ vmbra. Qd̄ aut̄ ait: **Couertantur et confundantur:** Quis nō iudicet eē iustissimā penā: vt p̄uersionē ad cōfusione habeant: qui ad salutē habere noluerunt. **Beinde addidit: Valde velociter.** Cū enī iā desperari cepit iudicij dies: cuz dixerint par: tūc eis repentin⁹ veniet interit⁹. Quicūq̄ aut̄ venerit: celerrime venit qd̄ desperat esse ventur⁹: Et lōgitudinē vite hui⁹ nō facit sentire: nisi spes viuēdi. Nā nihil videtur esse celerius: q̄ quicqd̄ in ea iā p̄teritū est. Cū ḡ iudicij dies venerit: tūc sentient peccatores: q̄ nō sit longa oisvita que transit. Nec oīno eis videri poterit tarde venisse: qd̄ nō desiderātib⁹: sed potius nō credētib⁹ venerit. **Q̄q̄ et illud h̄ accipi pōt: vt tāq̄ gementē et tā sepe diuq̄ flentē deus exaudiuit: intelligatur liberata a peccatis: etiā oēs p̄uersos motus carnalis affectionis domuisse: sicut dicit: Bis cedite a me oēs qui opamini iniquitatē: qm̄ exaudiuit dñs vocem fletus mei. Qd̄ cuz ei puenerit: nō mix est si iam ita p̄fecta est: vt oret p̄ inimicis suis. Pōt ḡ ad hoc pertinere qd̄ dixit: **Erubescant et cōturbentur omnes inimici mei: vt de peccatis agant penitentiā: qd̄ sine cōfusione et cōturbatione fieri nō pōt. Nihil itaq̄ impedit sic accipere et illud qd̄ sequit: **Conuertantur et erubescant: Id est p̄uertant ad deū: et erubescant se in priorib⁹ tenebris peccatoꝝ aliqui gloriatos. Sicut Ap̄lus dicit: **Quā em̄ gloriam habuistis aliquādo in his in quib⁹ nūc**********

**Alia lra
erubescant.**

erubescitis. Qd̄ aut̄ addidit valde velociter: aut ad optantis affectū: aut ad christi potentia referendū est: Qui gētes q̄ p̄ idolis suis p̄sequebant ecclesiā: ad euāgelij fidem tanta tempoz celeritate cōuertit.

Explicit Tractatus de ps. VI.

Incipit Tractatus de ps. VII.

Psalmus ipsi David que cātauit dño p̄ v̄bis Chusi filij gemini.

Historia quidē vnde occasione istaz propheta sumpsit: in regnoꝝ secūdo libro cognoscere facile est. Ibi enī Chusi amicus regis David transitū fecit in partes Absalon filij ei⁹: qui aduersus patrem bellū gerebat: ad explorāda cōsilia et renūcianda que aduersus patrē ille moliebat: auctore Achitofel: Qui defecerat ab amicitia David: et filiū ei⁹ aduersus patrē psilijs quib⁹ posset: instruebat. Sed qm̄ non ipsa historia in hoc psalmo p̄siderāda est: de qua propheta mysterioꝝ velamē assumpsit: si transitū ad christū fecimus: auferatur velamē. Et p̄mo ipsoꝝ nominū significatio interrogemus: quid sibi velit. Non em̄ defuerūt interpretes: q̄ hec ipa nō carnaliter ad litterā: sed spiritualiter inuestigantes: ediccrēt nobis qd̄ Chusi interpretat silentiū. Gemini aut̄ dexter: Achitofel fratris ruina. Quibus interpretationib⁹ rursum nobis traditor ille Judas occurrit: vt Absalon eius imaginē gestet: scdm̄ qd̄ patris par interpretatur: quia pacatus erga illū extitit pater: q̄uis ipse dolis suis bellū haberet in corde: sicut in psalmo. iij. tractatū est: Quēadmodū aut̄ inuenit in euāgelio filios dñi nostri Jesu christi dictos esse discipulos: sic in eodē euāgelio inuenitur etiā fratres esse appellatos. Resurgēs enim domin⁹ ait: Glade et dic fratribus meis. Et Apostolus em̄ dicit primogenitū in multis fratribus. Discipuli ergo ei⁹ ruina qui eū tradidit: recte intelligit̄ fratris ruina. Qd̄ Achitofel interpretari diximus. Chusi aut̄ qd̄ interpretatur silentiū: recte accipit̄ aduersus illos dolos dñi nostrū silentio dimicasse: id est altissimo secreto q̄ cecitas in israel ex parte facta est: cum dominū persequebātur: vt plenitudo gentiū intraret: et sic omnis israel saluus fieret. Ad hoc p̄fundum secretū atq̄ silentiū cū venisset Apostolus: exclamauit quasi quodā ipsius altitudinis horrore p̄cussus. **Q̄ altitudo diuitiarū sapientie et scientie dei: q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius: et inue-**

figabiles vie ipsius: Quis enim cognovit mentē domini: aut quis cōsiliarius illius fuit: Ita magnū illud silentiū non expositione magis aperit: q̄ admiratione commendat. Hoc silentio dominus sacramentū venerabilis passionis occultās: voluntariam ruinā fratris: id est nefariū scelus traditoris sui: in sue misericordie atq̄ providentie ordinē vertit: Ut quod ille ad p̄niciē vnus hominis peruersa mente faciebat: iste ad salutem omnium hominum prouida gubernatione cōferret. Cantat ḡ psalmū domino anima perfecta: que iam digna est nosse secretū dei. Cantat pro verbis Chusi: quia meruit nosse verba illius silentij. Apud infideles enī & persecutores: silentiū est illud atq̄ secretū. Apud suos autem quibus dictū est: Jam nō dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus ei: vos autē dixi amicos: q̄ omnia que audiui a patre meo: nota feci vobis. Apud amicos ergo eius non est silentiū: sed verba silentij: id est ratio exposita & manifesta illius silentij. Quod silentiū: id est Chusi: dicit filius gemini: id est dextri. Nō enī abscondendū erat sanctū: quod p̄ illis gestū est. Et tū iquit: Nesciat sinistra tua: quid faciat dextera tua. Cantat ergo aīa perfecta in p̄phetia cui secretū illud innotuit: p̄ verbis Chusi: id est pro cognitione eius dē secreti. Quod secretū: dexter deus: id est fauens atq̄ ppitius ei: operatus est. Quare hoc silentiū filius dextri appellatur: qd̄ est Chusi filius gemini.

Alia lra. t̄ libera.
Domine deus me in te speraui: saluū me fac ex oibus persequentibus me & erue me. Tanq̄ cui nō restat iam perfecto nisi inuidus diabolus superato omni bello atq̄ aduersitate vitiorum: dicit: Saluū me fac ex omnibus p̄sequētib⁹ me & erue me. Nequādo rapiat vt leo animas meā: Sicut Apostolus: Auersari⁹ vester tanq̄ leo rugiens circuit: querēs quē deuoret. Itaq̄ cū diceret per pluralē numerū: saluū me fac ex omnibus p̄sequētib⁹ me: singularē postea intulit dicens: Nequādo rapiat vt leo animā meā. Nō enim ait: nequādo rapiant: sciēs quis restiterit inimicus: tam p̄fecte anime vehemēter aduersus. Dū nō ē qui redimat: neq̄ qui saluū faciat. Id est ne ille rapiat: dū tū nō redemis: neq̄ saluū facis. Si enī deus nō redimat neq̄ saluū faciat: ille rapit. Et

vt manifestū sit iam perfectā animā hoc dicere: cui solius diaboli fraudulētissime insidie cauēde sunt: vide qd̄ sequat. Domine deus meus si feci istud: Quid est hoc qd̄ vocat istud: An q̄ nō dicit nomen peccati: vniuersale peccatū intelligēdū est. Qui intellect⁹ si displicet: illud accipiam⁹ dicit qd̄ sequit: Tāq̄ si interrogas semus qd̄ est hoc qd̄ dicis: istud respōdit: Si est iniquitas in manib⁹ meis. Jā ergo manifestū est: de omni peccato dici. Si reddidi retribuētibus mihi mala: Quod nō pōt vere dicere: nisi p̄fectus. Aut quippe dñs: Estote p̄fecti: sic pater vester q̄ est in celis: Qui solē suū oriiri facit sup bonos & malos: & pluit sup iustos & iniustos. Qui ergo nō reddit retribuētibus mala: p̄fectus est. Cū itaq̄ oret anima p̄fecta p̄ verbis Chusi filij gemini: id est p̄ cognitione illius secreti atq̄ silētij: quod p̄ salute nostra operatus est ppitius nobis & misericors domin⁹: vt toleraret et patientissime sustineret dolos traditorū sui. Tanq̄ huic p̄fecte anime dicat exponēs rationē ipsi⁹ secreti: Ego p̄ te impio & peccatore: vt tue iniquitates mei sanguinis effusione lauarent: magno silētio & magna patientia traditorē meū ptuli. Nōne imitaberis me: vt & tu non reddas mala p̄ malis. Animaduertēs igit̄ & intelligēs quid p̄ illo fecerit domin⁹: & eius exemplo ad p̄fectionē pficiens: dicit: Si reddidi retribuētibus mihi mala: Id ē si nō feci quod tu faciendo docuisti. Decidā t̄ ergo ab inimicis meis inanis. Et bene nō ait: si reddidi tribuentib⁹ mihi mala: sed retribuētibus. Qui enī retribuit: iam aliquid acceperat. Maioris autē patientie est: nec ei mala repēdere: qui acceptū beneficij reddidit mala p̄ bonis: q̄ si nullo ante accepto bñficio nocere voluisset. Si reddidi ergo inq̄ retribuētibus mihi mala: id ē si te non imitatus sum in illo silētio: hoc ē patientia tua quā p̄ me opatus es: decidā ab inimicis meis inanis. Inaniter. n. se iactat: qui cū & ipse homo sit: cupit se de homine vindicare. Et cū superare hominē palā querit: occulte a diabolo superat. Inanis effectus: vana & supba leticia: qd̄ quasi vincī non potuit: Intelligit ḡ iste vbi maior fiat victoria: & vbi pater reddat q̄ videt in occulto. Ne itaq̄ reddat retribuētib⁹ mala: iram potius q̄ hominē vincit: illis enī literi erudit⁹: in quibus scriptū est: Abelior

Alia lra
 t̄ merito.

est qui vincit irā: q̄s qui capit ciuitates. Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidā q̄ ab inimicis meis inanis. Jurare videt̄ p̄ execrationē: q̄d ē grauissimū iurandi genus: cū homo dicit: si illud feci: illud patiar. Sed aliud est iuratio in ore iurantis: aliud in significatione p̄phetant̄. Hic. n. dicit quid vere cōtingat hominib⁹ qui reddunt retribuentib⁹ mala: nō quod sibi aut alicui quasi iureiurando imp̄ctetur. **Persequatur: ergo: inimicus anima meam ⁊ cōprehendat:** Iterū inimicū singulari numero nominās: illū magis magisq̄ manifestat: quē sup̄ius velut leonem appellauit. Ipse enī animā p̄sequit̄: ⁊ si de ceperit: cōprehendet. Nam hoies vsq̄ ad interfectionē corpis scuiunt. Animā vero post illā visibilē mortē in potestate habere nō possunt. Diabolus aut̄ quas aīas p̄secutus cōprehenderit: possidebit. **Et conciliet in terra vitā meā:** Id est cōculcando terrā faciat vitā meā: cibū: scz suū. Non enī tm̄ leo: sed etiā serpens appellat⁹ est: cui dictū est: Terra es: ⁊ in terrā ibis. **Et gloriā meā in puluerē deducat.** Hic est ille puluis: quē proicit ventus a facie terre: superborū scz vana ⁊ inepta iactātia ⁊ inflata ⁊ nō solidata: tanq̄ vento elatus: pulueris globus. Recte itaq̄ hic posuit gloriā: quā non vult in puluerē deduci. Vult enī eam solidāz habere in conscientia corā deo: vbi nulla iactātia est: Qui gloriatur inquit: in domino gloriatur. **Ista soliditas in puluerē deducitur:** si per superbiam quisq̄ cōtemnēs secreta cōscientie: vbi solus deus hominē p̄bat: velut apud infantes gloriari. Hinc est q̄d alibi dicit deus: Cōteret ossa placentiū hoibus. Qui aut̄ bñ didicit vel exptus est vitiorū sup̄andorū gradus: intelligit hoc vitū inanis glorie: vel solū vel maxie cauendū eē p̄fectis. Quo p̄mo enī vitio lapsa est aīa: hoc vltimū vincit. Intitū aut̄ oīs peccati supbia. **Et intitū supbie hominis: apostatare a deo.** **Exurge domine in irā tua:** Quid adhuc iste quē p̄fectū dicim⁹: ad iram p̄uocat deū: Nōne videndū est ne potius ille p̄fectus sit: qui cū lapidaret̄: dixit: Dñe ne statuas illis hoc peccatum: An ⁊ iste: nō aduersus hoies hec p̄catur: sed aduersus diabolū ⁊ angelos eius: quorū possessio peccatores atq̄ imp̄j homines sunt: Nō ergo seuiens: sed misericors ad

uersus eū orat: quisq̄s orat vt ei auferatur ista possessio ab illo dño qui iustificat impiū. Cū. n. iustificatur impius: ex impio fit iustus. Et ex possessione diaboli: migrat in templū dei. Et qm̄ pena ē: vt cuiq̄ auferat̄ possessio in qua dñari desiderat: hāc penā dicit irāz dei aduersus diabolū: vt desinat possidere quos possidet. **Exurge dñe in irā tua.** Exurge: hic appare dixit: hūanis videlicet ⁊ latentibus verbis. Quasi deus dormiat: cū in secretis suis incognit⁹ latet. **Exaltare in finibus inimicorū meorū:** Fines dixit ipsam possessionē. Elbi vult deum exaltari potius: id ē honorari ⁊ glorificari: q̄ diabolū: dum imp̄j iustificantur: ⁊ laudant deū. **Et exurge dñe deus meus in p̄cepto q̄d mandasti:** Id est qz hūilitatē p̄cepisti: hūilis appare. Et tu prior imple q̄d p̄cepisti: vt exemplo tuo vincētes superbiam: nō possideant a diabolo: q̄ aduersus tua p̄cepta superbiam p̄suasit dicēs: Manducate ⁊ apientur vobis oculi: ⁊ eritis tanq̄ dii. **Et cōgregatio populorū circūdabit te.** Duplex intellectus ē. Cōgregatio enī p̄torū: siue credentium: siue p̄sequētū p̄t accipi: quorū vtrūq̄ eadē dñi nostri hūilitate factū est: Quā p̄temnens p̄sequentū multitudo: circūdedit eū. **Be** qua dictū ē: Quare fremuerūt gentes: ⁊ populi meditati sunt inania. **Cre** dentū aut̄ p̄ eius humilitatē multitudo iram eum circūdedit: vt verissime diceretur: **Le** citas ex pte israel facta ē: vt plenitudo gentū intraret. **Et illd:** Postula a me ⁊ dabo tibi gentes hereditatē tuam: ⁊ possessionē tuā terminos terre. **Et propter hanc in altum regrederet̄:** Id ē p̄pter hanc congregationē regrederet̄ in altū: quod resurgendo ⁊ in celū ascendēdo fecisse intelligitur. Ita enī glorificatus: dedit sp̄m̄ sanctū. Qui ante glorificationē eius dari nō posset: Sicut in euāgelio positū est: Spiritus aut̄ nōdū erat datus: quia Iesus nōdū erat glorificatus. **Regressus ergo in altum p̄pter congregationē populorū:** misit spiritū sanctū. Quo impleti predicatores euangelij: orbem terrarū ecclesijs impleuerunt. **Potest ⁊ sic iste sensus intelligi:** Exurge dñe in irā tua: ⁊ exaltare in finibus inimicorū meorū: Id ē exurge in irā tua: ⁊ nō te intelligant inimici mei. **Et hoc sit exaltare:** id ē altus efficere: ne intelligaris: quod refertur ad illud silentiū. Sic enī de hac exaltatione in alio psalmo dicit: **Et ascendit**

Alia lra
i synagoga.

super cherubin et volauit. Et posuit tenebras latibulum suum. Quia exaltatione: id est occultatione: cum de merito peccatorum suorum non intellexerint qui te crucifigent: congregatio credentium circumdabit te. Ipsa enim humilitate exaltatus est: id est non est intellectus. Et ad hoc referatur. Et exurge domine deus meus in precepto quod mandasti: Id est cum appares humilis: altus esto: ut non intelligant inimici mei. Iusto autem sunt peccatores inimici: et pro impij. Et congregatio populorum circumdabit te: Id est per hoc ipsum quod te non intelligunt qui te crucifigent: credent in te gentes: atque ita congregatio populorum circumdabit te. Sed quod sequitur: si vere hoc significat: plus doloris habet: quia iam incipit sentiri: quam leticie: quia intelligitur. Sequitur enim: Et propter hanc in altum regredere: Id est et propter hanc congregationem generis humani qua ecclesie referte sunt: in altum regredere: id est rursus desine intelligi. Quid est ergo et propter hanc: nisi quia et ista te offensura est: ita ut verissime pronuncies dicens: Putas cum venerit filius hominis inueniet fidem super terram: Item dicit de pseudo prophetis qui intelligunt heretici: propter eorum iniquitatem refrigescet caritas multorum. Cum ergo et in ecclesijs: hoc est in illa congregatione populorum atque gentium: ubi nomen christianum latissime puagatum est: tanta erit abundantia peccatorum quam iam ex magna parte sentitur: nonne illa hic predicatur: que per alium quoque prophetam denunciata est fames verborum: Nonne et propter hanc congregationem peccatis suis a se lumen veritatis abalienantem in altum regreditur: id est ut aut nullis: aut per paucis. Beatus qui dictum est: Beatus qui perseverauerit usque in finem: hic saluus erit: teneat et percipiatur sincera fides: et ab omnium prauarum opinionum labe purgata. Non ergo immerito dicitur. Et propter hanc congregationem in altum regredere: Id est secede rursus in altitudinem secretorum tuorum: etiam propter hanc congregationem populorum quam habet nomen tuum: et facta tua: non facit. Sed siue superior: siue ista sit congruentior: huius loci expositio: siue iudicio alterius alicuius melioris aut pariter: convenientissime sequitur: Dominus iudicat populos. Siue enim in altum regressus est: cum post resurrectionem ascendit in celum: bene sequitur: Dominus iudicat populos quia inde venturus est iudicare viuos et mortuos. Siue in altum regrediatur: cum peccatores christianos deseret intelligentia veri-

pūt aiā: et sic excecāt: vt possit etiā dicere
imprudēs in corde suo: nō est de⁹. Sic em̄
nō pbauerūt deū h̄ie in noticia: dedit illos
de⁹ i reprobū sensū. **N**ō est q̄ faciat bo-
nū: nō est vsqz̄ ad vni. **E**ssqz̄ ad vni:
Uel cū ip̄o vno pōt̄ intelligi: vt null⁹ hoīm
intelligat̄. Uel p̄ter vni: vt accipiat̄ dñs
xps. Sic dicim⁹: iste ager vsqz̄ ad mare ē:
nō vtiqz̄ sūt p̄putam⁹ et mare. Et iste ē meli-
or intellect⁹. Ut nemo intelligat̄ fecisse bo-
nitatē vsqz̄ ad christū: qz̄ nō pōt̄ q̄sqz̄ hoīm
facere bonitatē: nisi ip̄e mōstrauerit. Et il-
lud verū est: Quia vsqz̄q̄ quisqz̄ cognoscat
vni deū: nō pōt̄ facere bonitatē. **D**ñs
de celo p̄spexit sup filios hoīm: vt
videat si e intelliges aut req̄res deū.
Sup iudeos pōt̄ intelligi: vt honorat⁹ eos
appellauerit filios hoīm p̄pter vni⁹ dei cul-
tū: in p̄p̄tōe gentiliū: de quib⁹ arbitroz̄ su-
per⁹ dictū: Dixit imprudēs i corde suo: n̄
est de⁹ r̄c. **P**rospicit aut̄ dñs: vt videat p̄
aiās sc̄tās suas: qd̄ significat id qd̄ dictū ē:
de celo. **N**ā p̄ seipm̄ nihil eū latet. **D**ēs

Alia lra.
† insipia.

Alia lra.
† studijs.

declinauerunt sicut inutiles facti sunt: Id est iudei tales facti sunt quales et gentes: de quibus super dictum est. **N**on est qui faciat bonum: non est usque ad unum. Sicut ut super intelligendum est. **S**epulchrum patens est guttur eorum. Aut voracitas significat inbiatitiam gula: Aut in allegoria: quod occidit et quasi deuorat infectos eos: quibus suorum morum puerilitate persuadet. Cui simile est e contrario: quod **P**etro dictum est: **M**acta et madauca: ut in sua fide et bonos mores gentes puerteret. **L**iguus suis dolose agebat: Comes est voracibus adulatione et omnibus malis. **V**enenus aspidum sub labijs eorum. Venenus: dolus dicit. Aspidum autem: quia nolunt audire precepta legis: sicut aspidem nolunt audire verba incantantis: quod in alio psalmo euidentius dicit. **Q**uorum os maledictione et amaritudine plenus est. Hoc est venenus aspidum. **V**eloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Consuetudinem malefaciendi. **C**onitio et infelicitas in vultu eorum: Oes enim malorum hominum vultus: plene sunt labore et miseria. **I**deo dominus clamat: **V**enite ad me oes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiam vos: **T**ollite iugum meum et discite a me: quia mitis sum et humilis corde. **I**ugum enim meum leue est: et sarcina mea leuis est. **E**t via pacis non cognouit: **H**anc viam quam dominus vult dicit commemorat: in iugo leui et sarcina leui. **N**on est timor dei ante oculos eorum. **I**sti non dicunt: non est deus: sicut non timet deum. **N**one cognoscet oes qui operantur iniquitate: **I**udicium minatur. **Q**ui deuorant populum meum sicut cibum panis. **I**d est quidam. **L**ibum enim: panis quidam est. **D**euorat autem populum: qui sua comoda ex illo capiunt: non referentes ministerium suum ad gloriam dei: et ad eorum quibus prestunt: salutem. **B**ominum non inuocauerunt: **N**on enim vere hunc inuocat: quod ea desiderat: quod illi displicet. **I**llic trepidauerunt timore ubi non erat timor. **I**d est in dano regum temporalium. **B**ixerunt enim: **S**i relinquam eum sic: credet in eum oes: et veniet Romanus: et tollent nos et locum et gentem. **T**imuerunt regnum terrenum amittere ubi non erat timor. **E**t amiserunt regnum celorum: quod timere debuerant. **E**t hoc de omnibus temporalibus commodis intelligendum est: quorum amissionem cum timet homines: ad eterna non veniunt. **Q**uia deus in generatione iusta est: **I**d est non est in eis qui diligunt seculum. **I**niustus est enim relinque seculorum conditorum: et diligere seculum: **E**t fuisse creature potius quam creatori.

Consilium inopis confudistis quoniam dominus spes eius est. **I**d est premissis humilem aduentum filii dei: quia in eo non vidistis populum secutum: ut hi quos vocabat: in deo solo spem ponerent: non in rebus transiuntibus. **Q**uis dabit ex syon salutare israel: **S**ubaudit nisi ipse cuius humilitate premissis. **I**pse enim in claritate venturus est ad iudicium uiuorum et mortuorum regnumque iustorum: **E**t quoniam isto humili aduentu facta est cecitas ex parte israel: ut plenitudo gentium intraret: in illo alto fiat quod sequitur: et sic omnis israel saluus fieret. **P**ro iudeis enim **A**plos etiam illud **E**saie testimonium accipit: quo dictum est: **V**eniet ex syon: qui auertat impietatem ab iacob: **S**icut hic positum est: **Q**uis dabit ex syon salutare israel: **C**um auerterit dominus captiuitatem plebis sue: **E**xultabit iacob et letabit israel. **R**epeating est: sicut solet. **N**am idem puto esse letabit israel: quod est exultabit iacob.

Explicit Tractatus de psalmo XIII

Incipit Tractatus de psalmo XIII

Psalmus ipsi David.

De hoc titulo nulla questio est. **O**mnine quis peregrinabitur in tabernaculo tuo: **Q**uis aliquid ponat tabernaculum etiam per habitationem sempiternam: tamen cum proprie accipit tabernaculum: belli res est. **T**amen et per tabernacula milites dicunt: tamen simul habentes tabernacula. **H**ic sensus adiuuat ex eo quod dictum est: quis peregrinabitur. **A**d tempus enim cum diabolo dimicamus: et tunc opus est tabernaculo quo nos refugiamus: **Q**uid significat maxime fide temporalis dispensationis: que pro nobis acta est temporaliter per incarnationem domini. **E**t quis requiescet in mote sancto tuo. **H**ic fortasse iam ipsam eternam habitationem significat ut montem intelligamus supereminentiam caritatis christi in vita eterna. **Q**ui ingreditur sine macula: et operatur iustitiam. **H**oc proposuit: deinceps id exequitur. **Q**ui loquitur veritates in corde suo: **N**onnulli enim in labijs habent veritatem: et in corde non habent. **T**amen si aliquis dolose ostendat viam sciens in ea esse latrones: et dicat: si hac ieris: a latronibus tuus eris: et contingat ut vere non ibi latrones inueniantur: **T**erz ille locutus est: sicut non in corde suo. **A**liud enim putabat: et nesciens verum dixit. **E**rgo parum est verum loqui: nisi etiam in corde ita sit. **Q**ui non egit dolus in lingua sua. **L**ingua agit dolus: cum aliud ore profert: aliud pectore tegit.

Alia lra.
† habitabit.

Alia lra.
† Aut.

Alia lra.
† plebe mea.
Alia lra.
† tescam.

Alia lra.
† dno.

Propter h̄ in cogitationib⁹ meis locūdi-
tas: et in verbis exultatio. **Insuper caro**
mea req̄scescit i spe. Insuper et caro mea
nō deficiet in interitū: s̄ in spe resurrectio-
nis obdormiet. **Quoniam nō dereli-**
ques aīam meā i inferno. Quā nega-
aīam meā inferis possidēdā dabis. **Ne-**
q̄ dabis sc̄m tuū videre corrupti-
one. Neq̄ sanctificatus corp⁹ p̄ q̄d et alij
sanctificādi sūt: corūpi patieris. **Ho-**
tas mihi fecisti vias vite: **Notas fe-**
cisti p̄ me hūilitatē vias: vt ad vitā redirēt
hoīes: vñ p̄ supbiā ceciderāt. **In q̄b⁹ quia**
ego sū: notas mihi fecisti. **Ad implebis**
me leticia cū vultu tuo: **Adimplebis**
eos leticia: vt nō vltra q̄rāt aliqd: cū facie
ad faciē te viderint. **In q̄b⁹ q̄ ego sū:** me
adimpleb. **Delectatio i dextera tua**
v̄sq; in fine. Delectatio est i fauore et in
ppiciatōe tua in h⁹ vite itinere: p̄ducens
v̄sq; ad finē gl̄ie cōspectus tui.

Explicit Tractat⁹ de ps̄. xv.

Incipit Tractatus de ps̄. xvi

Oratio ipsi David.

Hec ē psone dñi tribuēda: adiūcta ec-
clesia que corp⁹ eius est.

Audi de⁹ iusticiā meā: in-
tēde de p̄ccationi mee. **Au-**
rib⁹ p̄cipe oratione meā: nō
in labijs dolosis. **Nō ad te i labijs do-**
losis p̄cedentē. **A vultu tuo iudici-**
um meū p̄deat: Ex illūinatōe notice
tue verū iudicē. **Aut certe nō i labijs dolo-**
sis: a vultu tuo iudiciū meū p̄deat: vt scili-
cet non proferam iudicans aliud q̄ in te
intelligo. **Oculi mei videant equi-**
tatem. **Oculi mei videant equitatē:** cor-
dis vt̄as oculi. **Probasti cor meū et**
visitasti nocte: Quia ip̄m cor meū visi-
tatōe tribulatiōis p̄batū est. **Agne me**
examiaſti: et nō ē inēta i me iūqtas.
Nō aut̄ nox tātū: q̄ pturbare aſſolet: s̄ eti-
am ignis q̄ vit: vocāda ē ip̄a tribulatio: q̄
examiat⁹: iust⁹ iuēt⁹ sū. **Et non loq̄s**
os meū opa hoīm: **Et aliud nō p̄ce-**
dat ex ore meo: q̄ id q̄d ptinet ad gl̄iam et
laudē tuā: nō ad opa hoīm: q̄ faciunt p̄ter
volūtātē tuā. **Propter v̄ba labiorū**
tuorū. **Propt̄ v̄ba pacis tue v̄l p̄phetarū**
tuorū. **Ego custodiui vias duras.**
Ego custodiui vias laborioſas: mortalitatē
hūane atq; passiōis. **Ad p̄ficiēdos**
grefſ⁹ meos: i semit̄ tuis: **Et p̄fice-**
ret caritas ecclie i iunenb⁹ angust̄: q̄b⁹ ve-

nif ad requiē tuā. **Et nō moueant ve-**
ſtigia mea. **Et nō moueant ſigna itine-**
ris mei: q̄ tāq; veſtigia ſacramētū et ſeptur̄
aplicū imp̄ſſa sūt: q̄ intueāt et obſuēt q̄ me
ſeq̄ volūt. **Aut certe vt etiā ſtabiliter i eter-**
nitate p̄manēa: poſtea q̄ pegi vias duras:
et in anguſtijs ſemitarū tuarū grefſus p̄fecti.

Ego clamaui qm̄ exaudiſti me
deus: **Ego libera et valida intētiōe p̄ces**
ad te direxi: qm̄ vt h̄ac h̄re poſſem: exaudi-
ſti me infirm⁹ orātē. **Inclina aurē tuā**
mibi: et exaudi verba mea. **Nō deſe-**
rat exauditio tua hūilitatē meā. **Diri-**
fica miſericordias tuas. **Nō vileſcāt**
miſericordie tue: ne min⁹ amenē. **Qui ſal-**
uos faci ſperātes i te. **Reſiſteti-**
b⁹ dextere tue. **Reſiſtētib⁹ fanorū:** q̄ mi-
bi faues. **Cuſtodi me dñe vt pupillā**
oculi. **Cuſtodi me vt pupillā oculi:** q̄ appa-
ret ppua et exigua: p̄ eā tñ dirigat acies lu-
miſ: q̄ lux et tenebre dijudicant: ſic p̄ chriſti
humanitatē diuinitas iudicij: diſcernēs i-

Alia ſſa.
† Sub vmbra

ter iuſtoſ et p̄ccōſ. **In tegm̄ie alaz**
tuarū p̄tege me: **In munimēto caritatē**
et miſericordie tue p̄teges me. **A facie im-**
piorū q̄ me afflicerūt. **Inimici mei**
aīam meā circūdederūt: adipe ſuū
cocluſerūt: **Leticia ſua pingui coop̄ti sūt:**
poſtea q̄ cupiditas eorū de ſclere ſatiata
eſt. **Os eorū locutū eſt ſupbiā.** **Et p̄-**
pterea os eorū locutū eſt ſupbiarū: dicēdo:
Aue rex iudeorū: et ceſa talia. **Proſci-**
entes me nūc circūdedeſt me: **Pro-**
ſciētes me extra ciuitatē: nūc circūdedeſt
me in cruce. **Oculos ſuos ſtatuerunt**
declinare in terrā. **Intētionem cordis**
ſui ſtatuerūt declinare in iſta ſrena: putan-
tes magnū malū p̄xti eū q̄ occidebat: et ſe
nullū: q̄ occidebat. **Suſceperūt me**
ſicut leo par⁹ ad p̄dā: **Suſceperūt me:**
ſic ille aduerſari⁹ circūciens: q̄rēs quē deuo-
ret. **Et ſicut catul⁹ leonis habitās i**
occultis. **Et ſic catul⁹ ei⁹:** p̄p̄s cui dictū
eſt: **Oſ ex patre diabolo eſt:** cogitās de
inſidijs quib⁹ iuſtū circūueniret et p̄deret.

Alia ſſa.
† abditis.

Erurge dñe p̄ueni eos et ſubuer-
te eos: **Erurge dñe:** quē dormire arbitra-
tur: et iūqtates hoīm nō curare. **Ōm̄ excecēt**
malicia ſua: vt factū eorū vidicta p̄ueniat:
et ita ſbuerte eoſ. **Erue aīam meā ab**
imp̄ijs. **Erue aīam meā reſuſcitādo me**
a morte: que mihi ab imp̄ijs irrogata eſt.

Alia ſſa.
† ſupplāta.

Frameā tuā ab inimicis man⁹ tue.
Ōm̄a enī mea framea tua eſt: quā aſſum-

Alia ſſa.
† Eripe.

Alia ſſa.
delectatōes

Alia ſſa.
† p̄fice.

psit man^o tua: id est eterna v^otus tua: vt p ipsam regna debellet iniquitatē: z diuidat iustos ab impijs. Hāc ergo erue ab inimicis manus tue: hoc est virtutis tue: hoc est ab inimicis meis. // Dñe pdes eos de terra disptire eos in vita eoz: Dñe per de eos de terra quā inhabitant: disptire eos p orbē terraz in ista vita: quā solā suā vitam putāt: qui eternā desperant. Et de absēditis tuis adimpler^o est venter eoz. Nō solū aut ista pena eos pseq̄ visibilis: sed etiā de pctis q̄ tanq̄ tenebre abscondunt a lumie veritatē tue: adimpleta est mēoria eozum: vt obliuiscant deum. // Saturati sūt porcina: Saturati sūt inuidicia: sculcātes margaritas sermonū dei. Et reliquerūt reliq̄as parulis suis. Et reliq̄rūt reliquias puulis suis: clamātes pctm̄ hoc sup nos z sup fili os nros. // Ego aut i tua iusticia apparebo in p̄spectu tuo: Ego aut q̄ nō apparui eis: q̄ corde sordido z tenebroso lucē sapiētie tue videre nō possunt: in tua iusticia apparebo in p̄spectu tuo. Sacia bor dū manifestabit glia tua. Et cū illi saturati sūt inuidicia sua: vt me intelligere nō possint: ego faciātor dū manifestabit glia tua in bis q̄ me intelligūt. Sane illo versu vbi dictū est. Saturati sūt porcina: nō nulla exēplaria: Saturati sūt filijs habēt. Ex ambiguo etiā greco interptatio duplex euenit. Filios aut opa intelligim^o. Et sicut bona opa: bonos filios: ita malos: mala.

Explicet Tractatus de ps. XVI

Incipit Tractatus de ps. XVII

In finem puero dñi: ipi Bauid. h est manu forti christo scdm hoies. Que locutus ē dñoverba canticū hui^o: in die qua eripuit eū dñs de manu oim inimicorū ei^o: z de manu Saul: z dixit: In die q̄ eripuit eū dñs de manu oim inimicorū eius z de manu Saul. hoc est regis Judeorū: quē sibi ipi petierūt. Nā sicut Bavid manu fortis: ita Saul petitio interptari dicit. Notū ē aut quō ille ppls regē sibi petierit z acceperit: nō scdm dei: sed scdm suā voluntatem. Bicat ergo hic Christus z ecclesia: id est totū christi caput z corpus.

Alia lra. t paucis de terra diuidi eos.

Alia lra. t filijs

Alia lra. t diuiserunt

Alia lra. t apparuerit

Alia lra. t fortitudo

Diligā te dñe: virt^o mea: Bili qā te dñe: p quē fortū sum. Dñs firmamētū meū z refugius

meū z liberator me^o. Dñe q̄ me firma sti: qz refugi ad te. Refugi aut: qz libera sti me. // De^o me^o adiutor me^o: z sperabo in eū. De^o me^o q̄ mibi adiutorium pu^o vocatiōis tue p̄stitisti: vt spare i te pos sum. // Protector me^o z cornu salutis mee: z redeptor me^o. Protector me^o: qz nō de me p̄lupsi: q̄si erigēs aduersum te cornu supbie: s̄ te ipm̄ cornu: h ē firmā celsitudiez salutē iueni. Quod vt iuenerē: redemisti me. // Laudās iuocabo dñm z ab inimicis meis salu^o ero. Nō meā gliaz s̄ dñi q̄rēs: iuocabo eum: et nō erit vñ mibi noceant impietatis errores. // Circūdederūt me dolores mortis: Circūdedit me dolores mortis: id est carnis. Et torretes iniquitatē turbauerūt me. Turbe iniquitatē ad tps cōmote: veluti flumia pluuiā cito desitura: egerūt vt turbaret me. // Dolores inferni circūdedit me: In bis q̄ me circūdedit vt pderēt me: erāt dolores iuidētie: q̄ mortē opant: pducūtes ad infernū pcti. // Preueniēt me laq̄i mortis. Preueniēt me vt pores nocere vellēt: qd eis postea rederef. Tales aut hoies capiūt i pditionē: qd male p̄suasēt iactatiōe iusticie: Lui^o nō re: sed noie: aduersus gentes eliantur. // Et i p̄sura mea iuocauī dñm: et ad deū meū clamaui. Et exaudiuit d̄ teplo sc̄o suo vocē meā: Exaudiuit d̄ corde meo i q̄ bitat: vocē meā. Et clamor me^o i p̄spectu ei^o. Et clamor me^o: quē nō i aurib^o hoim: s̄ corā ip̄o intus habeo. Introiuit in aures ei^o. // Et cōmota ē z tremuit terra. Ita clarificato filio hois: cōmoti sūt z tremuerūt pctōres. Et sudānta mortū turbata sūt. Et spes supborū q̄ i h̄ sc̄o fuerūt: turbate sūt. Et cōmota sūt qm̄ irar^o est eis. Ut scz iā firmamētū nō haberet i cordib^o hoim spes t̄paliū bonorū. // Ascēdit fum^o i ira ei^o: Ascēdit lachrymosa dēpcatio penitētū: cū cognouissent qd m̄ netur deus impijs. Et ignis a facie ei^o i exardescit: Et flagrantia caritatis post penitentiā de noticia eius inardescit. Carbones succensi sūt ab eo. Qui iam mortui erant deserti ab igne boni desiderij ac luce iusticie: et frigidū tenebrosiq̄ remanserant: rursus accensi et illuminati reuiterunt. // Et inclinavit celos et descendit: Et humiliavit iustum: vt descenderet ad hominum infirmitatem.

Alia lra. t suscept

Alia lra. t pocupe

Alia lra. t inri bul

Alia lra. t exarlit

sarcina eaz: et reuertunt ad vomitū suum.
Et ero immaculatus cum eo: et obfua-
bo me ab iniquitate mea. // **Et re-**
tribuet mihi dñs s̄m iusticiā meā:
 Itaq; nō solū ppter latitudinē fidei q̄ per
 dilectionē opat: sed etiā ppter longitudi-
 nē p̄seuerantie: retribuet mihi dñs s̄m iu-
 sticiā meā. **Et s̄m puritatē manuum**
meaz in conspectu oculoꝝ ei⁹. Non
 qđ hoies vidēt: sed in p̄spectu oculoꝝ eius:
 Qm̄ que vident t̄palia sūt: que aut nō vi-
 dent: eterna: q̄ p̄tinet altitudo sp̄i. // **Cū**
sancto sanctus eris: Est etiā occulta p̄-
 fūditas: q̄ intelligeris cuz sc̄to sc̄tus: qz tu
 sanctificas. **Et cū viro innocēte inno-**
cens eris: Et cū viro innocēte innocens
 eris: qz tu nulli nocēs: sed crinicalis pctō-
 rum suoz vnusq;sq; p̄stringit. // **Et cum**
electo electus eris: Et ab eo quē eligit:
 eligeris. **Et cū pueris puerus eris.**
 Et cū pueris videris puerus: qm̄ dicunt:
 nō est recta via dñi: et ip̄oz via nō ē recta.
 // **Qm̄ tu pplm̄ humilē saluū faci-**
es: Hoc aut pueris videt pueris: qđ cō-
 fitētes peccata sua saluos facies. **Et oculoꝝ**
supboꝝ humiliab. Ignorantes
 aut dei iusticiā et suā volētes p̄stituere: hu-
 miliab. // **Qm̄ tu illuminabis lucer-**
nā meā domine: Qm̄ nō est lumē n̄m
 ex nobis: sed tu illuminabis lucernā meaz
 dñe. **Deus meus illumina tenebras**
meas. Nos enī peccatis n̄ris tenebre su-
 mus: sed de⁹ me⁹ illumina tenebras me-
 as. // **Qm̄ a te eruam a temptatiōe:**
 Qm̄ nō a me: sed a te eruam a temptatiōe
Et in deo meo trāsgrediar murus.
 Et nō in me: s̄ in deo meo hic trāsgrediar
 murū: quē inter hoies et celestē hierl̄m pec-
 cata crexerūt. // **Deus meus immacu-**
lata via eius. Be⁹ me⁹ nō venit in ho-
 mines: nisi mūdauerint viā fidei q̄ veniat
 ad eos: qz immaculata est via eius. **Eloq̄a**
domini igne examinata: Eloq̄a dñi
 igne tribulatiōis p̄ban̄t. **Protector est**
oim̄ speratū in se. Et oēs q̄ nō i seip̄s:
 sed in illo sperāt: eadē tribulatione nō p̄su-
 munt. **Sp̄es eim̄ seq̄t fidē.** // **Qm̄ quis**
deus p̄ter dñm: Qm̄ q̄s p̄ter dñm cui
 seruim⁹. // **Et q̄s deus p̄ter deum n̄m.**
 Et q̄s de⁹ p̄ter dñm: quē post bonā serui-
 tutē: tāq; hereditatē sperātes filij posside-
 mus. // **Deus q̄ p̄cinxit me virtute:**
 Be⁹ q̄ p̄cinxit me vt fortis sim: ne diffuen-
 tes sinus cupiditatē impediāt opa et gres-

Alia lra.
† puerteris.

Alia lra.
† in te eripiar.

Alia lra.
† ipolluta.

sus meos. **Et posuit immaculatā viā**
meā. Et posuit viā immaculatā caritatē: q̄
 ad illū veniā: sicut immaculata est via fidei
 qua venit ad me. // **Qui p̄fecit pedes**
meos tāq; ceruic: Qui p̄fecit amorē me-
 um ad trāscēdēda spinosa et vmbrosa im-
 plicamēta h⁹ secl̄i. **Et super excelsa statu-**
et me. Et sup̄ celestē habitatiōē: figet in-
 tentiōē meā: vt implear in oēm plenitudi-
 nē dei. // **Qui docet man⁹ meas ad**
p̄liū: Qui docet me opari ad sup̄andos
 inimicos: q̄ nobis intercludere celestia re-
 gna conant. **Et posuisti vt arcū eret**
brachia mea. Et posuisti infatigabiles
 intētiōē bonoz opm̄ meoz. // **Et dedi-**
sti mihi protectionē salutis tue: et de-
xtera tuā suscepit me. Et fauor gratie
 tue: suscepit me. // **Et disciplina tua**
me⁹ direxit in fine: Et correctio tua me
 deuiare nō sinēs direxit: vt quicquid ago: i
 eū finē referā: q̄ coheret tibi. **Et discipli-**
na tua ip̄a me docebit. Et eadē corre-
 ctio tua me docebit puenire quo direxit.
Bilatasti gressus meos subter
me: Ne impediāt carnales angustie: qm̄
 latā fecisti caritatē meaz opantē hilariter:
 etiā de ip̄is q̄ subter me sūt mortalib⁹ reb⁹
 et mēbus. **Et nō sunt infirmata vesti-**
gia mea. Et nō sūt infirmata: siue itinera
 mea: siue signa: q̄ imp̄ssi ad imitādū seq̄n-
 tib⁹. // **Persequar inimicos meos**
et cōprehēdā illos: Persequar affect⁹
 carnales meos: nec ab eis cōprehēdar: s̄
 cōprehēdā illos vt abstūmant. **Et nō cō-**
uertar donec deficiāt. Et ab ista itētiō-
 ne nō p̄uertar ad detē: donec deficiāt q̄ ob-
 strepūt mihi. // **Cōstringam illos nec**
poterūt stare: Cōstringā illos: nec dura-
 būt aduersū me. **Cadent subter pedes**
meos: Calcatis illis: p̄ponā amores qui
 bus ambulo in eternū. **Et p̄cinxisti me**
virtute ad bellū. Et p̄stringisti fluētia de
 sideria carnis mee virtute: ne in tali pugna
 p̄pedirer. **Supplāsti insurgētes**
in me subter me. Recipi fecisti eos q̄
 me inseqbāt: vt subter me fierēt: q̄ sup̄ me
 esse curiebant. // **Et inimicos meos**
dedisti mihi dorsū: Et inimicos meos
 p̄uertisti: et dorsū mihi eos esse fecisti: id ē
 vt seq̄rent me. // **Et odio habentes me**
dispididisti. Alios aut eoz q̄ in odio p̄-
 durarūt: dispididisti. // **Clamauerunt**
nec erat q̄ saluos faceret: Quis enim
 saluos faceret: quos tu nō saluos faceres?

Alia lra.
† ceruoz.

Alia lra.
† correxit.

Alia lra.
† subtra.

Alia lra.
† subtra.

Alia lra.
† odiētes.

Ad dñm nec exaudiuit eos. Nec ad
 quilibet: sed ad dñm clamauerunt: nec ex
 auditiōe dignos iudicauit: nō recedentes
 a malitia sua. // Et cōtinuam illos
vt puluerem ante faciē veti: Et cō-
 minūā illos: Aridi em̄ sūt: nō recipientes
 umbrē misericordie dei: vt elati atq; inflati
 supbia: a spe firma ⁊ icōcussa: tanq; a ter-
 re soliditate ⁊ stabilitate rapiant. Ut lu-
tu platearū delebo eos. Per latas
 q̄ multi ambulant perditōis vias: luxuri-
 antes ⁊ lubricos: delebo eos. // Erues
me de tradictionib⁹ populi: Erues
 me de tradictionib⁹ eorū qui dixerūt:
 Si dimiserim⁹ eū: omne seculū post illum
 ibit. Costitues me in caput gentiū.
Popul⁹ que nō cognoui seruiuit
mibi: Popul⁹ genū que corpali pñtia n̄
 visitaui: fuit mibi. In obauditi au-
ris obediuit mibi. Neq; ocul me vidit
 si recipiēs p̄dicatores meos: in obauditi
 auris obediuit mibi. // Filij alieni me-
tati sūt mibi: Filij nō mei dicēdi: sed po-
 tius alieni: quib⁹ recte dicitur: Vos ex pa-
 tre diabolo estis: mentiri sūt mibi. Filij
alieni inueterauerūt. Filij alieni: qui
 bus vt renouarēt: nouū testamētū attuli:
 in vetere hoīe remāserunt. Et claudica-
uerunt a semitis suis. Et tāq; vno pe-
 de debiles: q; vet⁹ tenētes: nouū respueūt:
 Audi effecti sūt etiā i ipsa vetere lege: po-
 tius traditiones suas seq̄ntes q̄ dei. Calū-
 niabant em̄ de manib⁹ nō lotis: quia tales
 erant semite quas ipsi fecerant ⁊ psuetudi-
 ne triuerant: aberrando ab itinerib⁹ p̄ce-
 ptorū dei. // Quiuit domin⁹ ⁊ benedi-
ctus deus meus. Scdm carnē aut sa-
 pere mors est. Quiuit dñs ⁊ benedictus de-
us meus. Et exaltetur deus salutis
mec. Et nō terrena psuetudine de deo sa-
 luti mee sentiā: nec terrenā ipsam salutē
 sed in excelso de illo sperem. // Deus q̄
das vindicas mibi: Deus qui vindi-
 cas me: subdēdo populos sub me. Libe-
rator meus de inimicis meis iraci-
dis. Liberator meus de inimicis meis ira-
 cundis: clamantib⁹: crucifige crucifige iu-
 deis. // Ab insurgentibus in me ex-
altabis me: A iudeis insurgentibus in
 me patientem: exaltabis me resurgentem.
A viro iniquo eripies me. A regno eorū
 liquo erues me. // Propterea confite-
bor tibi in gentibus domine. Pro-
 pterea tibi per me confitebunt gentes do-

mine. Et nomini tuo psallam. Et la-
 tius inotesces bonis operib⁹ meis. Ma-
gnificans salutes regis ipsius. De-
 us qui magnificat vt admirabiles faciat
 salutes: quas eius filius dat credentibus.
Et faciens misericordiam christo
suo. Deus qui facit misericordiā christo
 suo. Dauid et semini eius vsq; in se-
culum. Ipsi liberatori manu poteti: qui
 vicit hunc mundum: ⁊ eos qui credunt in
 euangelio genuit in eternū. Quēcūq; in
 psalmo dicta sunt: que ipsi domino pprie
 id est capiti ecclesie cōgruere non possūt:
 ad ecclesiam referenda sunt. Totus enim
 christus hic loquit: in quo sunt omnia me-
 bra eius.

Alia lra.
 ⁊ psalmū dicā.

Explicit Tractat⁹ de ps. xvii
Incipit Tractat⁹ de ps. xviii

In finem ps David.
Paulus notus est: nec domin⁹ Iesus
Christus hec dicit: sed de illo hec di-
cuntur. Expositio. I

Alienarant gloriā dei: Iu-
 ste euangeliste in quib⁹ deus tāq;
 in celis habitat exponūt gloriā
 domini nostri Iesu christi: siue gloriā qua
 glorificauit patrem filius super terram. Et
opera manuum eius annunciat
firmamentum. Et facta virtutum do-
 mini annunciat firmamentū: fiducia spū-
 tū sancti celum factum: quod antea timo-
 re: terra erat. // Dies diei eructat ver-
bum: Spiritus spiritualibus profert ple-
 nitudines incōmutabilis sapientie dei: q̄
 verbū in principio deus apud deū est. Et
nox nocti annunciat scientiā. Et mor-
 talitas carnis tanq; longe positus carnali-
 bus: fidē insinuando: annūciat futurā sci-
 entiā. // Non sūt loquele neq; ser-
mones: quorū nō audiātur voces
eorum. Per quos nō audite sunt voces
 euangelistarū: cum omnibus linguis euā-
 geliū p̄dicarent. // In omne terras ex-
ruit sonus eorum: ⁊ in fines orbis
terre verba eorum. // In sole posu-
it tabernaculū suum: Domin⁹ autem
 vt aduersus regna tpalium errorū bellige-
 raret: non pacē sed gladiū missurus in ter-
 ram: in tpe vel in manifestatiōe posuit tāq;
 militare habitaculū suū: hoc est discōfatio-
 nē incarnationis sue. Et ipse tāq; spō-
sus procedens de thalamo suo. Et
 ipse pcedens de vtero virginali vbi deus
 nature humane tāq; sponsus spōse copu-

Alia lra.
 ⁊ indicat.

Alia lra.
 ⁊ Eripies.

Alia lra.
 ⁊ ueterari sūt.

Alia lra.
 ⁊ nationib⁹.

latus est: **Exultavit sicut gigas ad currendam viam: Exultavit sicut fortissimus: et ceteros homines incomparabili virtute precedens: non ad habitandam viam: sed ad currendam viam.** Non enim in via peccatorum stetit. **A summo celo egressio eius.** A patre egressio eius: non temporalis: sed eterna: quia de patre natus est. **Et occursum eius usque ad summum eius: Et occurrit plenitudine divinitatis usque ad equalitatem patris.** **Et non est qui se abscondat a calore eius.** Cum autem verbum etiam caro factum est: et habitavit in nobis mortalitatem nostram suscipiens: non permittit ulli mortali excusare se de umbra mortis: et ipsius enim penetravit verbi calor. **Lex domini immaculata convertens animas: Lex ergo domini ipse est: qui venit legem implere non soluere.** Et immaculata lex: quia peccatum non fecit: nec inveniuntur dolus in ore eius. non promittens animas servitutis iugo: sed ad se imitandum libertate convertens. **Testimonium domini fidele sapientiam prestas puillis.** Testimonium domini fidele: quia nemo novit patrem nisi filius: et cui voluerit filius revelare: que abscondita sunt a sapientibus et revelata puillis: quoniam deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. **Justicie domini recte letificantes corda: Omnes iusticie domini in illo recte: qui non docuit quod ipse non fecit: ut qui imitarentur: corde gauderent. et in eis que libere cum caritate facerent: non servilliter cum timore.** **Preceptum domini lucidum illuminans oculos.** Preceptum domini lucidum sine velamento carnalium observationum: illuminans hominis interioris aspectum. **Timor domini castus permanens in seculo seculi: Timor domini non ille sub lege penaliter temporalia bona sibi subtrahi perhorrescens: quorum dilectione anima fornicatur: sed castus quo ecclesia sponsa sum: quanto ardentius diligit: tanto diligentius cauet offendere. et ideo non foras mittit consummata dilectio timorem hunc: sed permanet in seculo seculi.** **Judicia domini vera iustificata in idipsum.** Judicia eius: qui non iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit filio vera iustificata incommutabiliter. **Neque enim vel minatur vel pollicetur deo quemquam fallit: aut quisquam vel ipsius supplicium vel premissum eius potest eripere.** **Desiderabilia super aurum et lapidem preciosum multum: Sive multum: sive ipsum aurum et lapidem: sive multum preciosum: sive multum desiderabilia:**

Alia lra.
† nec.

Alia lra.
† sanctus.

Alia lra.
† in semetipso.

lia: tamen desiderabilia iudicia dei super pompas huius seculi: quorum desiderio fit ut non desideretur: sed timeantur aut contempnantur aut non credantur iudicia dei. **Quod si quisquam ipse sit aurum lapisque preciosus ut igne non consumatur: sed assumat in thesaurum dei: plus quam seipsum desiderat iudicia dei cuius voluntatem proponit sue.** **Et dulciora super mel et favum.** Et siue quisquam tam sit mel: qui tam solutus vite huius vinculis expectat diem: quam veniat in epulas dei: siue adhuc sit fava: ut quasi cera circumplicetur: hac vita non huic coheret: sed implens eam cui opus sit aliqua persura: non opprimetur: sed exprimitur manus dei: quia de temporalis vita in eternam eliquit: dulciora illi sunt iudicia dei: quam sibi ipse est: quia super mel et favum illi dulciora sunt. **Et enim servus tuus custodit ea: Nam non custodienti amara dies domini.** **In custodiendo illa retributio multa.** Non in aliquo extrapositione comodo: sed in eo ipso quo iudicia dei custodiuntur multa retributio. **Adulta est: quia gaudet in eis.** **Delicta quis intelligit: In delictis autem qualis suavitatis potest esse: ubi non est intellectus: Quomodo delicta quis intelligit: qui ipsum oculum claudunt cui suavis est veritas: cui desiderabilia et dulciora sunt iudicia dei: Et sic tenebre oculos: ita delicta mentes: nec lucem sciunt videre nec se.** **Ab occultis meis munda me domine: A cupiditatibus in me latentibus munda me domine.** **Et ab alienis parce seruo tuo.** Ne seducar ab aliis. Neque enim alienis capiti: qui est mundus a suis. Parce itaque ab alienis cupiditatibus: non superbo et in sua potestate esse cupienti: sed seruo tuo. **Si mei non fuerint dominata tunc immaculatus ero: Si mei non fuerint dominata occulta mea et aliena peccata: tunc immaculatus ero.** Non enim est certior origo peccati: preter occultum suum: quo cecidit diabolus: et alienum quo seductus est homo: ut sentiendo suum faceret. **Et munda bor a delicto magno.** Quo alio nisi superbie: Non enim est maius delictum quam apostatare a deo: quod est initium superbie hominis. **Et vere ille immaculatus est: qui etiam hoc delicto caret: quia hoc est ultimum redemptibus ad deum: quod recedendum primum fuit.** **Et erunt complacent eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.** Meditatio cordis mei: non ad iactantiam placendi hominibus: quia iam nulla superbia est: sed in conspectu tuo semper: qui conscientiam puram inspicis.

Alia lra.
† custodientis illis.

Alia lra.
† magno.

Dñe adiutor meus et redemptor meus. Dñe adiutor me⁹ tendētis ad te: qm̄ redemptor meus es tu: vt tenderē ad te: ne quisq; vel sapiēne sue tribuēs: quod ad te puerit: vel viribus: qd ad te puenit: magis repellat abs te qui supbis resistis: quia mūdatus nō est a delicto magno: nec cōplacuit in conspectu tuo qui redimus vt pueriamur: et adiuuas vt pueniam⁹ ad te.

Expositio. II

Despiciat dñm: vt ab occultis nostris mūdēt nos: et ab alienis parcat suis suis: quid hoc sit: intelligere debem⁹: vt humana ratione: nō quasi auitū voce cātem⁹. **M**ā et meruli et psitaci et corui et pice et huiusmodi volucres sepe ab homib⁹ docent sonare qd nesciūt. **S**cienter autē cātare: nō aui s; homi diuina volūtate pcessum est. **E**t q̄ multi mali et luxuriosi sic cātant: digna auribus suis et cordibus: nouim⁹ et dolemus. **E**o enī peiores sūt: quo non possunt ignorare qd cantāt. **S**ciunt enī se cantare flagicia: et tñ cātant tāto libēt⁹ quāto imūdi⁹: qm̄ tāto se putāt debere fieri letiores: q̄to fuerit turpiore. **N**os autē q̄ in ecclesia diuina eloquia cātare didicim⁹: simul etiā instare debem⁹ esse qd scriptū ē: **B**eat⁹ populus qui intelligit iubilationē. **P**roinde carissimi qd consona voce cantauim⁹: sereno etiā corde nosse ac videre debem⁹. **R**ogauit enim dñm vnusq; nostrū i hoc cāntico et dixit deo: **A**b occultis meis munda me dñe: et ab alienis pce suo tuo: **S**i mei nō fuerint dominati: tūc immaculat⁹ ero: et emundabor a delicto magno. **Q**d vt beneficiam⁹ quid sit: et quale hoc sit: ipsi psalmi tertū quātū donat dñs breuiter pcurram⁹. **C**antat enī de christo: quod euidenter ibi apparet: quia illic septū est: **I**psē tāq; spōsus pcedens de thalamo suo. **Q**uis enī sponsus: nisi cui desponsata est illa virgo ab aplo: cui timet caste castus sponsi amicus: ne sicut serpens **Q**uaz sefellit astucia sua: sic et hui⁹ virginis spōse christi: sensus corrupat a castitate: que ē i christo: **I**n hoc ergo domino et saluatore nostro **J**esu christo: posita est magna et plena gratia: de qua dicit apostol⁹ **J**ohannes. **E**t vidim⁹ gloriam eius: gloriam tāq; vngenti a patre: plenum gratia et veritate. **H**anc gloriam. **C**eli enarrāt: **C**eli sancti sunt: eleuati a terra: portantes dominū: q̄q; gloriam christi celum etiam quodāmodo narravit. **Q**uādo narravit: **Q**uādo nato do-

mino: stella noua que nunq; videbatur apparuit. **S**ed tamen sunt celi de quib⁹ consequenter ibi dicitur: **N**ō sunt loquele neq; sermones: quoruz nō audiantur voces eorum: **I**n omnem terraz exiit sonus eorū: et in fines orbis terre verba eorū. **Q**uorum nisi celorum: **Q**uorum ergo nisi apostolorum: **I**psi enarrant nobis gloriā dei: positam in christo **J**esu: per gratiam remissionis peccatorum. **O**mnes enī peccauerunt et egent gloria dei: iustificati gratis p sanguinem ipsius. **Q**uia gratis: ideo gratia. **N**on est enī gratia nisi gratuita: quia nihil boni ante feceramus: vnde talia dona mereremur. **M**agis q̄a non grati inferretur supplicium: ideo gratis prestitum est beneficium. **N**ihil precesserat in merit⁹ nostris: nisi vnde damnari deberemus. **N**le autem non propter nostram iusticiā: sed propter suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. **H**ec est inquam gloria dei: hanc celi enarrauerūt. **H**ec est inquam gloria dei: nō tua. **N**ihil enim boni fecisti: et tamen tantum bonum accepisti. **S**i ergo pertines ad gloriā quaz celi enarrauerūt: dic domino deo tuo: **D**eus meus misericordia eius preueniet me. **P**reuenit enim te: vtiq; preuenit: quia nihil in te boni inuenit. **P**reuenisti supplicium eius superbiēdo: ille preuenit supplicium tuum peccata delendo. **T**anq; enī ex peccatore iustificatus: ex impio pius fact⁹: ex damnato regno assumptus: dic domino deo tuo: **N**on nobis domine nō nobis: sed nomini tuo da gloriā. **B**icamus non nobis. **Q**uibus enim si quasi nobis: **B**icamus inq; non nobis: quia si ita faceret siccut nobis: nō nisi penas infligeret nobis. **N**on nobis: sed nomini suo det gloriā: quia nō secundū iniquitates nostras fecit nobis. **N**ō ergo nobis domine nō nobis. **R**epletio confirmatio est. **N**on nobis domine: sed nomini tuo da gloriā. **H**oc illi nouerant celi: qui enarrant gloriā dei. **E**t opera manuum eius annunciat firmamentum. **E**t quod dictū est: gloriā dei: hoc repetitum est: opera manuum eius. **Q**ue opera manuum eius: **N**on sicut qui dam sentiunt: de⁹ verbo fecit omnia: et tanq; prestantiorem ceteris hominez suis manibus fecit. **N**on ita sentiendum est: infirma est ista et non satis eliminata sententia. **O**mnia enim verbo fecit. **N**am licet opera dei diuersa narrentur: in quibus boiem

ad imagines suam fecit: tamen omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Quod enim ad manus dei attinet: et de celis dictum est: et opera manuum tuarum sunt celi. Et ne putes etiam: ibi celos sanctos dictos: subiecit: Ipsi peribit tu autem per manebis. Ergo non solum homines: sed etiam celos qui peribit deus manibus suis fecit: cui dictum est: Opera manuum tuarum sunt celi. Et de terra hoc idem dictum est: Quomodo ipsius est mare et ipse fecit illud: et arida manus eius fundauit. Ergo et si celos manibus et terram manibus: non solum boiem manibus: et si celos verbo: et terra verbo: ergo et hominem verbo. Quod verbo: hoc manu: et quod manu hoc verbo. Non enim humanis membris statura dei distincta est: qui ubique totus est: et nullo continetur loco. Quod ergo verbo fecit: sapientia fecit: quod manu fecit: virtute fecit. Christus est autem dei virtus et dei sapientia. Omnia autem per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Enarrarunt: enarrant: enarrabunt celi gloriam dei. Enarrabunt in quibus celi: hoc est sancti gloriarum dei a terra suspensum: deum portantes: preceptis tonantes: sapientia coruscantes: illam ut dixi gloriarum dei qua salui facti sumus indigni. Hanc indignitatem: id est quia digni non sumus: agnoscit filius minor egestate constrictus. Agnoscit inquam hanc indignitatem filius minor a patre longe peregrinus: demonum cultor: tanquam porcorum pastor: agnoscit gloriam dei sed egestate constrictus. Et quod illa gloria dei facti sumus: quod digni non sumus: dicit ad patrem suum: Non sum dignus vocari filius tuus. Infelix per humilitatem impetrat felicitatem: et eo se commendat dignum quo confitetur indignus. Hanc gloriam dei celi enarrant: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Celi firmamentum: firmum cor: non timidum cor. Annunciata enim sunt ista inter impios: inter aduersos deo: inter amatores mundi persecutores iustorum: inter seuientem mundum annunciata sunt ista. Sed seuiens mundus quid poterat facere: quando firmamentum ista nunciabat: Annunciat firmamentum. Quid: Opera manuum eius. Que sunt opera manuum eius: Gloria dei illa quam salui facti sumus: qua creati in bonis operibus sumus. Ipsi enim sumus firmamentum: creati in christo Iesu: in operibus bonis. Non solum quippe homines: sed etiam iustos: si tamen sumus ipse fecit nos et non ipsi nos. // Dies

diei eructat verbum: et nox nocti indicat scientiam. Quid est: Forte planum et apertum est: Dies diei eructat verbum: apertum et planum: tanquam per diem. Quod autem nox nocti indicat scientiam: obscurum est tanquam per noctem. Dies diei sancti sanctis apostoli fidelibus: ipse christus apostolis quibus dixit: Vos estis lumen mundi. Apertum hoc videbitur et cognitu facile. Quomodo autem nox nocti annunciat scientiam. Nonnulli hec verba simpliciter intellexerunt: et forte hoc sit verum estimantes hac sententia significatur esse: quod tempore domini nostri Iesu christi cum in terra versaretur: apostoli audierunt hoc in posteros esse tractum: tanquam de tempore in tempus: dies diei: nox nocti: prior dies posteriori diei: et prior nox posteriori nocti: quia hec doctrina diebus et noctibus predicatur. Iste simplex intellectus cui sufficit sufficiat. Sed nonnulla verba scripturarum: obscuritate sua hoc profuerunt: quod multas intelligentias pepererunt. Itaque hoc si planum esset: vnum aliquid audiretis: quod vero obscure dictum est: multa audituri estis. Est alius intellectus: dies diei: nox nocti: hoc est spiritus spiritui: caro carni. Est alius: dies diei: spirituales spiritualibus: et nox nocti: carnales carnalibus. Utrique enim audiunt: et si non utriusque similiter sapiunt. Illi enim audiunt tanquam verbum eructatum: illi tanquam scientiam annunciatam. Quod enim ructuatur: presentibus ructuatur: quod autem annunciat: longe positus annunciat. Possunt enim celi sensus plures inueniri: sed adhibendus est modus propter angustias presentis temporis. Vicimus autem vnum aliquid: quod quidam velut conscienties aperuerunt. Quasi dominus inquit christus loquebatur apostolis: dies diei eructabat verbum: quando iudas dominum christum prodidit in diebus: nox nocti annunciat scientiam. // Non sunt loquere neque sermones: quorum non audiantur voces eorum. Quorum: nisi celorum illorum qui enarrant gloriam dei. Non sunt loquere neque sermones quorum non audiantur voces eorum. Legite Actus apostolorum: quomodo veniente super eos spiritu sancto: omnes impleti sunt illo: et loquebantur linguis omnium gentium: sicut spiritus dabat eis pronuntiare. Ecce non sunt loquere: neque sermones: quorum non audiantur voces eorum. Sed non ibi tantum ubi impleti sunt sonuerunt.

In oem terram exiit sonus eorum:
et in fines orbis terra eorum. Ido
 et nos h loquimur. Sonus enim ille ad nos vs
 q̄ puenit: sonus q̄ in oem terram exiit: et here-
 ticus ad eccliam non intrat. Ido sonus in oem
 terram exiit: vt tu in celum intres. O pestis li-
 tigiosa pessima: et adhuc errare volens: o su-
 perbe fili: audi testamētum patris tui. Ecce
 qd̄ plam: qd̄ apti: In oem terram exiit sonus
 eorum: et in fines orbis terre vba eorum. Aliqd̄
 expositore opus est: Quid pra te conar:
 Partem vis in lite retinere: q̄ potes totum in
 concordia retinere. **In sole posuit ta-
 bernaculum suum:** In manifestatiōe ecclie
 suā: non in occulto ne quē lateat: non ve-
 lut opta: ne forte fiat sicut opta sup greges
 hereticorum. Dicitur est et cuidam in septura sa-
 cta: qm̄ tu in occulto fecisti: patieris in sole:
 hoc est occulte malū fecisti: penas patieris:
 in oim manifestatiōe. In sole ergo posuit
 tabernaculum suū. Quid tu heretice fugas in
 tenebras: Christianus es: audi christū: ser-
 uus es: audi dñm: fili es: audi patrē: emē
 dare fuisse: Biamus et d te: Adortu erat
 et reuirit: pierat et inuētus est. Non mihi di-
 cas: vt qd̄ me queris si peris: Ido em̄ te q̄ro:
 qz peristi. Noli me inq̄t querere. Hoc sane
 vult inq̄tas: qua diuisi sumus: h̄ non vult ca-
 ritas q̄ frēs sumus. Improbus non eem: si q̄re-
 rem seruū meū: et improbus dīcor: qz q̄ro fra-
 trē meū. Sic sapiat in quo fraterna caritas
 non est: ego tñ q̄ro frēm meū. Irascat: dum
 tñ q̄rat: q̄ inuēt placat. Quero in quā fra-
 trē meū et interpello non s̄ illū: h̄ p̄ illo dñm
 meū. Nec dicā interpellans: dñe dic fratri
 meo vt diuidat mecum hereditatē: h̄ dic fra-
 tri meo: vt teneat mecum hereditatē. Quid
 ergo erras frater: Quid p̄ angulos fugis:
 Quid latitare conar: In sole posuit taber-
 naculum suū. **Et ipse quoque sp̄sus p̄ce-
 des de thalamo suo.** Puto q̄ agno-
 scas eū: ille tāq̄ sp̄sus p̄cedēs de thala-
 mo suo. **Exultauit vt gigas ad cur-
 rendā viā:** Ipse in sole posuit tabernacu-
 lum suū: h̄ est ille tāq̄ sp̄sus: cū vbi caro fa-
 ctū est in vtero virginali thalamū inuenit:
 atq̄ inde nature p̄iuctū hūane: tāq̄ de ca-
 stissimo p̄cedēs cubili: humil̄ misericordia
 infra oēs: fortis maiestate sup oēs. Hoc ē
 em̄: gigas exultauit ad currēdā viā: nat⁹
 est: creuit: docuit: passus ē: resurrexit: ascē-
 dit. Lucurrit viā: non hesit in viā. Idē ipse
 ergo sp̄sus q̄ hec fecit: ipse posuit in sole:
 hoc est manifestatiōe tabernaculum suū: h̄ ē

scētām eccliaz suā. Quā viā aut cito cucur-
 rit: vis audire: **A summo celo egressio
 eius: et occursum eius vsq̄ ad summus
 eius.** Postea vō q̄ excucurrit inde: et re-
 currēdo remeauit: misit spiritū suum. Vise
 sunt illis sup q̄s venit: lingue diuise velut
 ignis. Sic ignis venit sp̄s sanct⁹: feni car-
 nis p̄sumptur⁹: aux coctur⁹ et purgatur⁹:
 sic ignis venit: et iō seq̄t. **Et non ē q̄ se ab-
 scōdat a calore eius.** **Lex dñi ima-
 data ouertes aias:** Hoc ē sp̄s sanct⁹.
**Testimonium dñi fidele sapiētia p̄-
 stas puul.** Non supbis: h̄ ē sp̄s sanctus.
**Iusticie dñi recte: non terretes: h̄ le-
 tificates corda.** Hoc ē sp̄s sanctus. **Pre-
 ceptum dñi lucidū illuminās oculos:**
 Non hebetās: non carnis oculos: h̄ cordis: n̄
 exterioris h̄is: h̄ interioris: h̄ est sp̄s sanct⁹.
Timor dñi: non humilis: h̄ cast⁹: Gra-
 tis amāt: non puniri timēs ab eo quē tremet
 h̄ separi ab eo quē diligit. Iste ē timor cast⁹:
 non quē p̄sumata caritas foras mittit. **Sz
 p̄manes in sc̄m sc̄i:** Hic ē sp̄s sanctus: id
 est hūc donat: hūc p̄fert: hūc inserit sp̄s
 sanct⁹. **Judicia dñi vā iustificata in
 idipm.** Non ad rixas diuisiōis: h̄ ad p̄gre-
 gationē vnitatē. Hoc ē enī i idipm: h̄ ē sp̄s
 ritus sanctus. Ido linguis oim loq̄ fecit: in q̄s p̄-
 mo velt: qz linguis oim gētū in vnitate se-
 p̄gregatur eē nūciauit. Qd̄ tunc faciebat
 vn⁹ hō accepto sp̄s sanct⁹: vt vn⁹ hō linguis
 oim loq̄ret. h̄ mō ip̄a vnitas facit: linguis
 oib⁹ loq̄t. Et mō vn⁹ hō in oib⁹ gētib⁹: lin-
 guis oib⁹ loq̄t. vn⁹ hō caput et corp⁹: vnus
 hō christ⁹ et ecclia: vir p̄fect⁹: ille sp̄s sanct⁹: illa
 sp̄sa. Sz erūt inq̄t duo i carne vna. Judi-
 cia dei vera iustificata: in idipm p̄p̄ vnita-
 tē. **Desiderabilia sup aux et la-
 pidē p̄ciosū multū:** Aut multū aux aut
 multū p̄ciosū: aut multū desiderabilia: tā ml̄
 tū h̄ heretico paz. Non nobiscū amāt idip̄s
 et nobiscū p̄fitē christū. Ip̄m quē mecū cō-
 fiteri christū: ip̄m ama mecū. Et q̄ ad ip̄m
 n̄ vult recusat: recalcitrat: respuit: non illi ē
 desiderabile h̄ sup aux: et lapidē p̄ciosum:
**Audi aliō. Et dulciora: iqt̄ sup mel et
 fauū.** Sz h̄ aduersū ē errātī: mel amay ē
 febricitū: dulce tñ et acceptabile sanitati: qz
 cay ē sanitati: desiderabilia sup aux et lapi-
 dē p̄ciosū multū et dulciora sup mel et fauū.
Nā et vn⁹ tu⁹ custodit ea: Dē dul-
 cia ista sint: custodiēdo p̄bat vn⁹ tu⁹: non lo-
 quēdo. Custodit ea seru⁹ tu⁹: quia et nunc
 dulcia sunt: et in posterum salubria sunt.

Alia lra.
 et senesipia.

Alia lra.
† custodiendis
suis.

Nam in custodiēdo ea retributio multa. Sed amās animositate suaz: nec videt hūc splendore heretic: nec sentit dulcedinē. **Delicta:** enī: q̄s intelligit: Pater ignosce illis: q̄ nesciūt q̄d faciunt. Ideo inq̄t iste est seru⁹ q̄ custodit hāc dulcedinē: suauitate caritatis: amorē vnitatē. Ego inquit ipse q̄ custodio rogo te: q̄si delicta q̄s intelligit: ne mihi vt homī quedaz surrepāt: z q̄busdā vt hō p̄ccuper. **Ab occultis meis mūda me dñe:** Hoc ergo cātaui: ecce ad h̄ loquēdo puenimus. **Bicam⁹** z cū intellectu cantemus: z cātando orem⁹: z orādo impetrem⁹. **Bicam⁹:** ab occultis meis mūda me dñe: Quis enī delicta intelligit: Si vident tenebre: intelligunt delicta. **Beniq̄** q̄ nos delicti penitet: in luce sum⁹. **Mā** q̄si q̄sq̄ ipso delicto inuolūt⁹ est: quasi obtenebrat⁹ optisq̄ oculis nō videt delictū: q̄ si tibi tegat⁹ z carnis oculus: nec aliud vides: nec hoc vñ tegit vides. Ergo deo dicam⁹ qui nouit videre q̄d purget: nouit inspicere q̄d sanet: illi dicam⁹: ab occultis meis mūda me dñe. **Et ab alienis parce seruo tuo.** Delicta inq̄t mea inq̄nāt me: delicta aliena affligūt me: ab his mūda me: ab illis p̄cc. **Tolle** mihi ex corde malā cogitationē: repelle a me malū suazorē: hoc est ab occultis meis mūda me: z ab alienis parce seruo tuo. **Mā** ista duo genera delictorū: ppria sūt z aliena: etiā p̄mūt⁹ in exordio claruerūt. **Diabolus** suo delicto cecidit: **Adam** alieno deiecit. **Hic** ipse dei seru⁹ custodiēs iudicia dei: in quib⁹ retributio multa: z in alio psalmo sic orat: **Nō** ueiat mihi pes supbie: z man⁹ peccatorū nō moueat me. **Nō** veniat inq̄t mihi pes supbie: hoc est ab occultis meis mūda me dñe: z man⁹ peccatorū nō moueāt me: h̄ est ab alienis p̄cc suo tuo. **Si** mei nō fuerit dñata: **Occulta** mea z delicta aliena. **Tūc** imaculat⁹ ero. **Hoc** nō suis virib⁹ audeat: sed dñm deprecā vt impleat: cui dicit i psalmo: **Itinera** mea dirige s̄m v̄bū tuū: z nō dñef mihi oīs iniquitas. **Nō** timere si christian⁹ es: dñm foris hoiez: do minū deū tuū semp time. **Nō** alū te time: h̄ est cupiditate tuā: nō q̄d in te deus fecit: s̄ q̄d tibi p̄p̄ fecisti. **Te** dñs bonū suū fecit: tu tibi i corde tuo malū dñm creasti. **De** merito s̄deris iniquitati: merito subderis domino quē tu tibi p̄ fecisti: quia ei qui te fecit subdit⁹ esse noluit. **Sed** si mei inq̄t nō fuerint dñata: tūc imaculat⁹ ero. **Et** emu

dabor a delicto magno. **Putam⁹** q̄ delicto: Quod illud est delictū magnum: Forte aliud sit q̄ dicitur s̄: non tñ celabo quod sentio. **Delictū** magnū arbitror esse superbiā. **Hoc** fortasse z alit significat⁹ ē in eo q̄d ait: **Et** emundabor a delicto magno. **Queritis** q̄ magnū sit h̄ delictū q̄d deiecit angelū: quod ex angelo fecit diabolu: ei⁹ in eternū interclusit regnū celorum: **Magnū** hoc delictū est: z caput atq̄ causa oīm delictorū. **Scriptū** ē enī: **In**itū p̄cti oīs supbia. **Et** ne q̄si leue aliq̄d p̄temnas: **In**itū inq̄t supbie hoīs apostatate a deo. **Nō** leue malū ē h̄ vitū fr̄is mei: huic vitio in his p̄sonis quas videt⁹ amplas: di splicet humilitas christiana. **Propter** hoc vitū dedignant colla s̄dere iugo christi: obligata ar̄ iugo peccati. **Nō** enī seruire nō eis p̄tinget. **Mā** nolūt seruire: sed eis expedit seruire. **Nō** lēdo seruire nihil aliud agūt q̄ vt bono domino nō seruiāt: **Nō** vt omnino nō seruiāt: quia qui noluerit seruire caritati: necesse est vt seruiat iniquitati. **Ab** hoc vitio q̄d est caput oīm vitiorū: q̄a ide cetera nata sūt: facta ē apostasia a deo: z eunte anima in tenebras: male vtente libero arbitrio: peccatis etiā ceteri p̄secut⁹: vt z substantiā suā dissiparet cū meretricib⁹ viuēs p̄dige: z p̄ egestatē fieret pastor porcorum: que erat socia angelorū. **Propter** hoc vitium: p̄pter hoc magnū supbie peccatū: deus humilis venit. **Hec** causa: hoc peccatū magnū: iste ingens morbus aiaz: omnipotentē medicū de celo deduxit: vsq̄ ad formam serui humiliavit: p̄tumelijs egit: ligno suspēdit: vt per salutē tante medicine curet hic tumor. **Mā** tandem erubescat homo esse supb⁹ p̄pter quē factus est humilis deus. **Ita** inq̄t: mundabor a delicto magno: q̄ de⁹ supbis resistit: humilib⁹ aut dat gr̄am. **Et** p̄ hoc: erit vt co placeant eloquia oris mei: z meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. **Mā** si ab hoc magno delicto nō mūdor: in p̄spectu hoīm placebit eloquia mea: nō in p̄spectu tuo. **Supba** anima i cōspectu hoīm vult placere: humilis aīa i oculto vbi de⁹ videt vult placere: vt si placuerit hoīb⁹ d̄ bono ope: illis gratulet⁹ q̄ bus placet bonū opus: nō sibi cui sufficere debet: q̄ fecit bonū opus. **Gloria** n̄a inquit h̄c est: testimoniū p̄sentie n̄e. **Iōq̄** dicam⁹ etiā quod sequit⁹. **Dñe** adiutor meus z redemptor meus: **Ad**

Alia lra.
† maximo.

iutor i bonis: redemptor a malis. Adiutor
vt habitē in caritate tua: redemptor vt libe-
res me ab iniquitate mea.

Explicit Tractatus de ps. XVIII

Incipit Tractatus de ps. XIX

In fine psalmus David.

Notus est titulus: nec christus dicit: sed
christo dicit propheta: figura optandi
que ventura sunt canens.

Exaudiat te dominus in die tribu-
lationis: Exaudiat te dominus in die
qua dixisti: pater clarifica filium tuum.

Protegat te nomen dei iacob. Ad te

enim prius populus posterior natus: quia maior fui

et minor. Mittat tibi auxilium de sancto

et de syon tueas te. Facies tibi sacrificium

corpore: ecclesiam de speculatione tuaz: quae

expectat quando venias ad nuptias. Adde-

more sit ois sacrificij tui: Addeores nos

faciat oim iuniar tuaz et stumeliar: quas

pro nobis protulisti. Et holocaustum tuum

pinguetur. Et crucem quam torus oblatio es

deo i leticia resurrectionis puertat. Tribu-

at tibi dominus secundum cor tuum: Tribu-

at tibi dominus non secundum cor eorum quae putauerunt

persequendo te posse deleri: sed secundum cor tuum quae

scisti quod utilitatis habet passio tua. Et om-

ne consilium tuum compleat. Et compleat omne

consilium tuum non solum quod animam tuam posuisti pro

amicis tuis: vt mortificatum granum copiosius

resurgeret: sed etiam quia cecitas ex parte in

israel facta est: vt plenitudo gentium intraret: et

sic ois israel saluus fieret. Exultabimus

in salutari tuo: Exultabimus quod tibi mors

nihil nocebit: ita enim nec nobis eaz nocere

posse monstrabit. Et in nomine domini dei no-

stri magnificabimur. Et confessio tui

seductores proficiunt in peius: ipsi errantes et alios in errorem mittentes. **E**t unde verba illa psalmi: **S**ustine dominum: viriliter age: et confortetur cor tuum et sustine dominum: **P**ax erat semel sustinere dominum nisi repeteret. **N**e forte sustineret biduo: triduo. quadriduo: et maneret pressura et tribulatio: ideo addidit viriliter age: addidit et confortetur cor tuum. **E**t quia ab initio usque in finem sic erit: quod habet sententia in capite: hoc habet in fine: et sustine dominum. **T**ransiit ista que te premunt et veniet que sustines et exterges sudorem. **S**ic cabit lachryma: ultra non flebis. **N**on autem gemamus in tribulationibus sicut dicit Job: **N**one temptatio est vita humana super terram. **T**amen frater antequam veniat dies dedicationis domus: videamus quia iam dedicatum est caput nostrum: iam facta est dedicatio domus in capite tanquam dedicatio fundamenti. **C**aput sursum est: fundamentum deorsum est. **N**e forte propterea male dixerim fundamentum esse christum: quia culmen est potius: ascendit in celum: sedet ad dexteram patris. **S**ed puto nos non errasse. **A**postolus enim dixit. **F**undamentum enim aliud nemo potest ponere propter id quod positum est: quod est Iesus christus. **S**i quis autem superedificauerit supra fundamentum hoc: aurum: argentum: lapides preciosi. **Q**ui bene viuunt: qui deum honorant et laudant: qui patientes sunt in tribulationibus qui desiderant patriam: ipsi edificat aurum: argentum: lapides preciosos. **Q**ui autem amat adhuc secularia et negociis terrenis adhuc implicati sunt: et dediti sunt viculis quibusdam et affectionibus carnis: domibus suis: coniugibus: possessionibus: et tamen christiani sunt: ita ut cor eorum non recedat a christo: et nihil proponat christo: quod in edificando nihil proponit fundamento: edificat quidem ipsi ligna: fenulum: stipulam. **S**ed quod securus est: **E**ius cuius opus quale sit ignis probabit. **I**gnis tribulationis et temptationis. **I**ste ignis multos martyres hic probauit. **O**mne autem genus humanum probat in fine. **I**nuenti sunt martyres qui haberent ista secularia. **M**ulti diuites et senatores passi sunt: edificabant tamen quaedam eorum ligna: fenulum: stipulam in affectibus carnalibus et secularium curarum: sed tamen quia christum fundamentum habebant super quod edificabant: arsit fenulum et ipsi remanserunt in fundamento. **S**ic dicit apostolus: **S**i cuius opus manserit mercedem accipiet: et nihil perdet: quia quod amauit. hoc inueniet. **Q**uid ergo illis fecit ignis tribulationis? **P**robauit eos. **S**i cuius opus manserit mercedem accipiet. **S**i cuius opus arserit.

damni patietur: ipse aut saluus erit: sic tñ
 quasi per ignē. Sed aliud est ignē nō ledi:
 aliud per ignē saluari. Et vnde: Propter
 fundamentū. Non recedat ergo de corde
 fundamentū. Noli sup fenū ponere funda-
 mentū: hoc ē noli antepone re fenū funda-
 mento: vt fenū habeat primū locū in cor-
 de tuo. 7 scdm christus. Sed si iam nō pōt
 ibi esse nisi fenū: vel primū locum ibi habe-
 at christus: 7 fenū scdm. Ergo fundamen-
 tū est christus. Quomō dixi dedicatū est
 caput nostrū: ipm caput est fundamentū:
 S; fundamentū deorsū solet esse: caput au-
 tē sursum. Intelligat sanctitas vestra quid
 dicam: fortassis explicabo in noīe christi.
 Pōdera gemina sūt. Pōdus enī est impe-
 tus quidā cuiusq; rei: velut conātis ad lo-
 cū suū. Hoc est pondus: Fers lapidē ma-
 nu: pateris pondus: pmit manū tuā: quia
 locū suū querit. Et vis videre qd querat:
 Subtrahit manū: 7 venit ad terrā: q̄scit in
 terra: puenit quo tendebat: iuenit locū su-
 um. Pondus ḡ illud mot⁹ erat quasi spō-
 tane⁹: sine aīa: sine sensu. Sūt aliqua q̄ sur-
 sum versus pētūt locū. Namq; si aquā mit-
 tas sup oleū: pondere suo in ima tēdit. Lo-
 cū em suuz querit: ordinari querit: qz pter
 ordinē est aqua sup oleū. Bonec ḡ veniat
 ad ordinē suū: inquietus mot⁹ est: donec
 teneat locū suum. Contra oleū funde sub
 aqua (vbi gratia) quēadmodū si vas olei
 cadat in aquā: in abyssū: in mare: 7 frāga-
 tur: nō se patit oleū subter. Quomō aqua
 sup oleū missa: pōdere suo ad ima locū su-
 um querit: sic oleū subter aquā fusū: pōde-
 re suo ad sūma locū suuz q̄rit. Si ergo ita
 est fratres: q̄ tēdit ignis 7 aqua: Ignis sur-
 sum fertur: locū suū querit: 7 aqua locū su-
 um q̄rit pōdere suo. Lapis ima petit: 7 lig-
 nū 7 colūne 7 terra: vñ edificāt iste dom⁹.
 De illo ergo sunt genere rerū que pōdere
 suo deorsū ferunt. Manifestus est ergo
 ideo deorsū accipere fundamentū: qz pō-
 dere suo deorsū versus ferunt: 7 nisi sit qd
 sustineat totū cadit: qz totum ad terrā ver-
 git. Rebus ergo ad ima tendētib⁹: in imo
 ponit fundamentū. Ecclesia vero dei in imo
 posita tēdit in celū. Fundamentū ḡ nostruz
 ibi positū est: dñs noster Iesus christus se-
 dēs ad dexterā patris. Si ergo intellexit
 sanctitas vestra: quia iam dedicatū est fun-
 damentū nostrū: audiamus breuiter psal-
 mū: 7 decurramus.

Expositio Secunda.

Exaltabo te domine qm sus-
 cepisti me: nec iocundasti in
 inimicos meos sup me. Quos
 inimicos: Iudeos: In dedicationē funda-
 mēti. Ipaz dedicationē intelligam⁹ dom⁹
 future. Qd enī dicit mō ex psona sūdamē-
 ti: tē dicit ex psona vniuerse dom⁹: Quos
 ḡ inimicos: Iudeos: an potius diabolū 7
 angelos ei⁹: q̄ p̄fusi discesserūt postq; dñs
 resurrexit. Prepositus mortū doluit victā
 mortē. Et nō iocundasti iimicos meos sup
 me: qz teneri apud inferos non potui.

Bonē de me clamau ad te: 7 sa-
 nasti me: Prauit in mōte dñs aī passio-
 nē: sanauit eū: Quē sanauit q̄ nūq; egrota-
 uir: Verbū deū: verbū diuinitatē: Nō. Sed
 mortē carnis portabat: vulnus tuū porta-
 bat: sanatur⁹ te de vulnere tuo. Sanata ē
 autē caro: Quādo: Luz resurrexit. Audi
 Aplm: Vide verā sanitatē. Absorpta est
 ait. mors in victoria: Ubi est mors acule⁹
 tu⁹: vbi est mors p̄tentio tua: Ergo exalta-
 tio illa nra tunc erit vocis christi: mō est ex-
 altatio. // Domine reduxisti ab in-
 feris animā meā: Nō opus est vt expo-
 nat. Saluū fecisti me a descēdentib⁹
 in lacū. Qui sunt qui descendūt in lacū:
 Oēs peccatores mergētes in pfundū. La-
 cus est em pfunditas seculi. Que ē ista p
 funditas seculi: Abundantia luxurie 7 ne-
 quicie. Qui ḡ libidinib⁹ se imergūt 7 terre-
 nis desiderijs: descendūt in lacuz. Tales
 christū p̄secuti sūt: sed qd dicit: Saluū feci-
 sti me a descēdentib⁹ in lacū. // Psallite
 dño sancti ei⁹: Quia resurrexit caput
 vestrū: h sperate mēbra cetera qd videtis
 in capite. Hoc sperate mēbra: qd credidi-
 stis in capite. Proverbiū est antiquū 7 ve-
 rū: Ubi caput 7 cetera mēbra: christ⁹ in ce-
 lū ascēdit: q̄ nos secuturi sum⁹. Nō remā-
 sit apud inferos: resurrexit: iā nō moritur.
 Cū resurrexerim⁹ 7 nos: iā nō moriemur.
 Has ḡ p̄missiones habētes: psallite dño
 sancti eius. **Et confitemini memorie
 sanctitatis ei⁹.** Quid est p̄fitemini me-
 morie: Obliti enī erat⁹ eū: sed ipse vos nō
 est oblit⁹. // **Om̄ira i indignatiōe ei-
 us: 7 vita in voluntate eius.** Ira i in-
 dignatiōe p̄ctōri. Qua die ederitis morte
 moriemini. Letigerūt mortui sunt: dimissi
 de paradiso: qz ita in indignatiōe ei⁹: s nō si-
 ne spe. Quia vita in voluntate ei⁹. Quid ē
 in voluntate ei⁹: Nō in virib⁹ nris: nō in me-
 ritis nris: s qz voluit: saluos nos fecit: nō

qz digni eramus. Quo em̄ est peccator dignus: nisi supplicio: Vita dedit: et si impijs vitā donavit: qd̄ seruat fidelib⁹: **Espe demorabit̄ flet⁹:** Nolite timere: qz dixerat nobis psallite. Et h̄ gemitus ē: in psallēdo exultatio: i orādo gemit⁹. **Be me de pñtib⁹:** psalle de futuris. Ora de re: psalle de spe. **Espe demorabit̄ fletus.** qd̄ est vespe demorabit̄ flet⁹. **Espe** fit qñ sol occidit. **Occidit sol ab hoie:** id ē lux illa iusticie pñtia dei. Ideo qñ expulsus est **Adā:** qd̄ dictū est in genesi: **Lū deambula ret de⁹ i paradiso:** Ad vesperā deambula bat de⁹. **Iā** ille pctōr texerat se intra lignū: nolebat videre faciē dei: ad quaz gaudere psueverat. **Occiderat illi sol iusticie:** non gaudebat ad pñtiā dei. **Inde** ichoata ois vita ista mortalis. **Espe demorabit̄ flet⁹:** diu eris in fletu o gen⁹ hūanū: nascet̄ em̄ de **Adā:** et sic ē factū. **Et nos ex adā sum⁹:** et qñq̄ creatū filios: et creaturi sūt ex **Adā** sunt: ex q̄ et ipsi creati sunt. **Espe demorabitur fletus.** **Et in matutinu exultatio.** **Qñ** ceperit oriri fidelib⁹ lux: q̄ occiderat pctōrib⁹. **Iā** ideo et dñs **Iesus christus** in matutino resurrexit d̄ sepulchro: vt qd̄ dedicauit i fundamēto: b̄ pmitteret domui. **In dño nro vespe** fuit: qz sepult⁹ est: et matutinu: qz resurrexit tertia die. **Sepultus es:** et tu vespe in paradiso: et resurrexisti tertia die. **Quo** tertio die: **Si** seculū cogites: vn⁹ dies est añ legē: scdus sub lege: tert⁹ s̄b grā. **Qd̄** triduo illo ostēdit: caput tuū hoc triduo seculi on̄dit in te: qñ in matutinu sperandū est: letādū ē: s̄ pferenduz mō et gemendū. **Ego em̄ dixi i mea abudantia: nō moueboz in eternū.** **In** qua abūdantia dixit hō: nō moueboz in eternū. **Intelligim⁹** fratres psonā hūilis hois. **Quis** hic habet abūdantiā: **Nemo.** **Abūdantia** hois q̄ est: **Erūna:** calamitas. **Sz** diuitie habēt abūdantiā. **Plus** egent quāto pl⁹ hñt. **Besiderijs** vastant: cupiditatib⁹ dissipant: timorib⁹ cruciant: tristitia ptabescūt. **Que** illis abūdantia erat: qñ cōstitur⁹ est hō in paradiso: qñ nihil deerat illi: qñ deo fruebat. **h̄** dixit: nō moueboz in eternū. **Quādo** dixit: nō moueboz in eternū: **Qñ** libēter audiuit: gustate et eritis sic dij: cū de⁹ diceret: qua die ederit̄ morte moriemini. et diabol⁹ nō morte moriemini. **Cre dēs** ḡ illi talia suadenti dixit: nō moueboz in eternū. **Sz** qz vez dixerat dñs: qd̄ ablatur⁹ esset supbo: qd̄ dederat humili: qñ em̄

creauit. **Sequit̄ et dicit:** **Dñe in voluntate tua: pstitisti decori meo virtute.** **Iđ** est qz nō ex me bon⁹ erā et fortis: s̄ ex te erā et pulcher et fortis: decori meo virtutez pstiteras ex voluntate tua: q̄ me feceras. **Et** vt ostēderes mihi: qz ex voluntate tua hoc erā. **Auertisti faciē tuā a me: et factus su coturbatus.** **Auertit** ḡ faciē suā ab illo: quē emisit foras de paradiso. **Iā** hic positus clamet: et dicat: **Ad te dñe clamabo: et ad deū meū deprecabor.** **In** paradiso nō clamabas: sed laudabas. nō gemebas: s̄ fruebar. **Foris** positus gemere et clama: p̄pinq̄at tribulati: q̄ deseruit supbienti. **Be⁹** em̄ supbis resistit: hūilib⁹ autē dat gratiā. **Ad te dñe clamabo: et ad deū meū deprecabor.** **Iā** ex psona dñi hoc sequit̄ ipsius fundamenti nostri. **Que** **utilitas in sanguine meo: du** descendo i corruptioez. **Quid** ergo orat: **Est** resurgat. **Si** em̄ descēdero inquit in corruptionē: si sic fuerit corrupta caro mea: quō ceteroz hoim: vt nō in finē resurgat: vt qd̄ fudi sanguinē: **Si** em̄ nō mō resurgā: nemini annūciabo: neminē lucrabor. **Ut** autē alicui annūciē mirabilia tua: laudes tuas: vitā eternā: exurgat caro mea: nō eat in corruptionē. **Iā** si ierit: quō ceteroz hominū: q̄ **utilitas in sanguine meo:** **Quid** **quid** cōfitebit̄ tibi puluis: aut annūciabit veritatē tuā: **Confessio** gemina est: aut peccati: aut laudis. **Qñ** nobis male est in tribulationib⁹: p̄sitemur peccata nostra: qñ nobis bene est: in exultatiōe iusticie cōfiteamur laudē deo: sine p̄fessione tñ nō simus. **Audiuit** dñs et **miseratus est mei:** **Quo:** **Attēdit** ad dedicationē domus: audiuit et miseratus est. **Dñs** **factus est adiutor me⁹.** **Audi** iā ipaz resurrectionē. **Louertisti** plāctum meū in gaudiū mihi: et **peidisti** sacculū meū et **acciristi** me leticia. **Quid** est **sacc⁹:** **Mortalitas:** **Sacc⁹** de capris cōficat: et de hedis: et capre et hedi inf̄ pctōres ponūt. **Dñs** de numero nostro sacculū solū accepit: nō assumpsit meritū sacculi. **Meritū** sacculi peccatū est: sacculus ille mortalitas est. **Assumpsit** p̄pter te mortalitatē: q̄ meritū mortis nō habebat. **Meritū** em̄ mortis ille habet q̄ peccat: **Ille** autē q̄ si peccauit: nō habuit meritū sacculi. **Alio** loco ipius ē vox dicēt: **Ego** autē cū mihi molesti essēt: induebaz me cilicio. **Quid** est hoc: induēbā me cilicio: **Hoc** opponā persecutorib⁹

quod habeo de cilicio. Et hominem illum putaret: abscondit se ab oculis persecutorum: quia in digni erant persecutores qui videret indutum cilicio. Ergo concidisti saccum meum: et cinxisti me leticia. Ut ceter tibi gloria mea et non contumngar. Quod in capite est: hoc in corpore. Quid est non contumngar. Jam non moriar. Contumngus est enim cum in cruce penderet lancea percussus est. Caput ergo nostrum dicit: non contumngar: iam non moriar. Nos autem te quid dicimus propter dedicationem domus? Non nos contumngat conscientia stimulis peccatorum. Dimittent enim omnia: et tunc liberi erimus. Ut ceter tibi inquit gloria mea: non humilitas. Si nostra et christi: quia corpus christi nos. Quare? Quia quis christus sedeat in celo: dicitur est quibusdam: Esuriui et dedistis mihi manducare. Et ibi est et hic. Ibi in se: hic in nobis. Quid ergo ait: Ut ceter tibi gloria mea: et non contumngar: Bemut tibi humilitas mea: ceterabit tibi gloria mea. Jam in fine: One deus meus in eternum confitebor tibi. Quid est in eternum confitebor tibi: In eternum laudabo te: quia diximus esse confessionem in laudibus: non tamen in peccatis. Confitere ergo modo: quod tu fecisti in deum: et confiteberis quid tibi fecerit deus. Quid fecisti? Peccata: Quid deo tibi confitenti iniquitatem tuam? Dimittit tibi peccata: ut ei postea laudes ipsius confitens: in eternum non contumngaris peccato.

Explicit Tract. de ps. xxix.

Incipit Tract. de ps. xxx.

In fine ps. ipsi David extasis. In finem psalmus ipsi mediatori manu forti in persecutionibus. Nam extasis que addita est titulo: excessum mentis significat: que fit vel pauore: vel aliqua reuelatione. Sed in hoc psalmo pauor maxime apparet perturbati ipsi dei: persecutione omnium gentium: et defectum per orbem fidei. Sed prior loquitur ipse mediator. Beinde redemptus sanguine ipsius plus gratias agit. Ad extremum perturbatur: diu loquitur quod ad extasim pertinet: prophete vero ipsius persona bis imponitur prope finem: et in fine.

Expositio prima psalmi.

In te domine speravi: non confundar in eternum. In te domine speravi nunquam confundar: dum tanquam homini sicut ceteris insultabitur. Et in iusticia tua erue me et exime me. Et in iusticia tua erue me de fouea mortis: et exime me de numero eorum. Inclina ad me au-

Alia lra libera me.

rem tuam: Humile me exaudi primus mihi. Acceleraverunt enim me. Nec differas in fine seculi: sicut omnium credentium mihi segregationem meam a peccatoribus. Esto mihi in deum protectorem: protector deus esto mihi. Et in domum refugii ut saluum me facias. Et tanquam domus quo refugiens saluus sum. // Quia fortitudo mea et refugium meum es tu. Quia fortitudo mea ad tolerandos persecutores meos: et refugium meum ad relinquendos tu mihi es. Et propter nomen tuum: dux mihi eris et eritries me. Et ut per me innotescas omnibus gentibus: pro omnia sequar voluntatem tuam: et paulatim mihi aggregat sanctis adimplebis corpus meum: et perfecta staturam meam. Educes me de insula ista qua occultauerunt mihi: Educes me de insidijs istis quas occultauerunt mihi. Quonia tu es protector meus. In magnus tuas comendo spiritum meum: spiritum tuum comendo spiritum meum: cito receptur. Redemisti me domine deus veritatis. Bicat et populus redemptus passione domini sui: et letus clarificatione capitis sui: Redemisti me domine deus veritatis. Odisti obseruantes vanitatem: superuacue. Odisti obseruantes falsam beatitudinem seculi. Ego autem in domino speravi: exultabo et iocundabor in tua misericordia. Exultabo et iocundabor in tua misericordia: que me non fallit. // Quia respexisti humilitatem meam: Quia respexisti humilitatem meam: que me vanitati in spe subiecisti. Saluam fecisti de necessitatibus animam meam. Saluam fecisti de necessitatibus timoris animam meam: ut tibi caritate libera seruiat. // Nec conclusisti me in manibus inimici: Nec conclusisti me: ut non haberem additum respirandi in libertate: et darer in sempiternam partem diaboli: cupiditate huius vite illaquantis: et morte terrenis. Struxisti in loco spaciose pedes meos. Resurrectione cognita domini mei et in ea promissa: mihi spaciatur permanens in latitudines libertatis ab angustijs timoris educta: caritas mea. // Miserere mei domine quonia tribulor: Sed que est ista insperata persecutorum crudelitas: magnus mihi pauore incutiens: Miserere mei domine. Non enim de morte iam terreor: sed de cruciatibus atque tormentis. Conturbatus est in ira oculus meus: habebam oculum in te

Alia lra. + cruas.

Alia lra. + Quonia.

Alia lra. + deduces me.

Alia lra + laquo hoc que absconderunt.

Alia lra + letabor.

Alia lra + saluasti.

Alia lra + manibus.

quod nō me desereres: iratus es ⁊ turbasti eū. **Animam meam ⁊ venter meus.** In eadē ira turbata est aīa mea: ⁊ memoria mea quā tenebā: quid p me ptulerit et mihi pmiserit dñs meus. // **Quoniam defecit in dolore vita mea:** Quā vita mea est cōfiteri te: sed defecit in dolore: dū dixisset inimicus torqueant donec negēt. **Et anni mei in gemitibus.** Tempa q̄ ago in hoc seculo: nō mihi morte auferūtur: sed manēt atq; in gemitib⁹ sūt. // **Infirmat⁹ est in egestate vigor meus.** Egeo sanitate hui⁹ corporis: nec parcitur cruciatib⁹. Egeo resolutione corporis ⁊ parcitur morti: ⁊ in hac egestate infirmata est fiducia mea. **Et ossa mea cōturbata sunt.** **Infirmitas mea conturbata est.** // **Super inimicos meos fact⁹ sūz opprobriū:** Inimici mei sūt oēs iniqui: ⁊ tñ p scelentibus suis vsq; ad confessionē torqueant. Super aut ergo opprobriū eoz: cuius cōfessionē non mors sequit: sed cruciatys insequitur. **Et vicinis meis inimic⁹:** Inimic⁹ hoc visum est eis: qui iā ap propinquabāt cognoscere: ⁊ tenere fidem quaz teneo. **Et timor notis meis.** Et ipis notis meis exēplo horribilis tribulationis mee timorez incussi. // **Qui videbāt me foras fugiebāt a me:** Quoniam intelligebāt interiorē ⁊ inuisibile spem meā: in exteriora ⁊ visibilia fugerūt a me. // **Oblitus sūz tanq; mortuus a corde.** Et oblit⁹ sūz me tāq; mortu⁹ sum a corde ipsorū. // **Factus sū tanq; vas peditū:** Usus sū mihi pisse vsq; dñi viuēs in hoc seculo: ⁊ neminē lucrificēs cū oēs timerēt aggregari mihi. **Quā audiui vituperationē multoz accolentū in circuitu.** Quā audiui vituperātes multos in pegrinatione hui⁹ terre iuxta me sequētes circuitū tpm: ⁊ mecū in patriā eternā rediere recusantes. // **Dū cōgregaretur ipsi simul aduersu me: vt acciperet anima meā cōsiliati sunt.** Ut p̄sentiret eis anima mea que morte posset d̄ potestate illoz facile exire: excogitauerūt p̄siliū q̄ nec mori me sinerēt. // **Ego aut in te speravi dñe: dixi tu es de⁹ meus:** Nō em̄ mutarus es: aut nō saluū facies qui emendas. **In manib⁹ tuis sortes mee.** In ptate tua sunt sortes mee. Nō em̄ vllum video meritū: quo de vniuersa impietate generis humani me potissimū elegisti ad salutē. **Et si est apud te iu-**

Alia lra.
† Infirmata ē
in paupertate
p̄ mea.

Alia lra.
† valde.

Alia lra.
† fugerūt.

Alia lra
† Oblitiōi va
tus sū.

Alia lra.
† cōmorātiuz.

Alia lra
† In eo.
† cōuenirent.

stus ⁊ occultus ordo electiōis mee: ego tñ quē hoc latet: ad tunicā dñi mei sorte pueni. // **Erue me d̄ manibus inimicorū meoz: ⁊ a persequetibus me.** // **Illustra faciē tuā super seruū tuū:** Notū fac hominib⁹ qui nō putāt me ad te ptinere: super me esse intendētē faciem tuā: meq; tibi seruire. **Saluū me fac in tua misericordia dñe: nō cōfundar quā inuocaui te.** **Bomine nō erubescā insultantib⁹ mihi ex eo qd te inuocaui.** // **Erubescant impij ⁊ deducantur in infernū.** Erubescant pon⁹ qui lapides inuocāt ⁊ ymbus sociant. **Muta ⁊ efficiātur labia dolosa.** Nota faciēs populis sacramēta in me tua: sic fac obstupescere labia fingentiū de me falsa. // **Que loquuntur aduersus iustū iniquitate: in supbia ⁊ p̄ceptu.** Que loquuntur aduersus christū iniquitatē: supbientes ⁊ cōtemnentes tanq; hominē crucifixum. // **Quā magna multitudo dulcedinis tue dñe:** Exclamat b̄ pp̄ba ista cernens ⁊ mirās: q̄ multis modis copiosa est dulcedo tua dñe. **Quā abscondisti timētib⁹ te.** Et nā eos quos emēdas multū amas: sed ne dissoluta securitate negligent⁹ agāt: abscondis ab eis dulcedinez amoris tui: qd⁹ vtile est timere te. // **Perfecisti ⁊ sperantibus in te:** Perfecisti aut hāc dulcedinē sperantib⁹ in te. Nō em̄ subtrahis eis qd vsq; in finē p̄seuerāter expectant. **In conspectū filioz hoīm.** Nō em̄ latet filios hoīm iam nō v̄m Adaz sed v̄m filiū hoīs viuētes. // **Abscodes eos in abscondito vult⁹ tui:** Quā sedē impetū serues in abscondito noticie tue sperantib⁹ in te. **A p̄turbatione hominū.** Est iā nullā humanā p̄turbationē patiant. // **Proteges eos in tabernaculo tuo: a cōtraditione linguarū.** S; hic interim dñs eis maledice lingue ob strepūt dicētes: qd hoc nouit: aut qd inde venit. **Proteges eos in tabernaculo fidei earū rerū qd dñs p nobis t̄p̄aliter gessit: ⁊ ptulit.** // **B̄ndictus dñs: quā misericaut misericordiā suā in ciuitate ⁊ circuitū.** **B̄ndictus dñs quā post emēdationē acerrimarū p̄secutionū: oibus mirabilē fecit misericordiā suā p orbē terrarū in circuitu societāt̄ hūane.** // **Ego dixi i extasi mea:** Quā ille p̄plus iterū loquēs dicit: **Ego dixi in pauore meo cuz horribilit̄ in me gentes seuiūt.** **Proiect⁹ sum a fa-**

Alia lra.
† fiant.

Alia lra.
† in abusiō

Alia lra.
† eis q̄ spe

Alia lra
† facit.

Alia lra
† munita.

Alia lra
† excessu
tis mee.

tie oculorū tuorum. Nō em̄ si me respi-
ceres parū me ista sineres. // **I**deo exau-
disti dñe vocem orationis mee: cū
clamarem ad te. Ideo modū ponens
emendationi: et ostendēs me p̄tinere ad cu-
rā tuā: exaudisti dñe vocē orationis mee:
cū clamare ad te: cū eam tribulationez ni-
mis intenderē. // **V**iligite dominum
omnes sancti eius. **M**ortet iterū p̄p̄ta
ista cernens et dicat: **V**iligite dominus
oēs sancti eius. **Q**uoniam veritatē re-
quiret dominus: **Q**uādo si iustus vit-
salu⁹ erit: p̄ctor et ipius vbi parebunt. **E**t
retribuet his q̄ abundanter faciūt su-
perbiā. **E**t retribuet his q̄ nec victi p̄uer-
tunt: q̄ multū supbiūt. // **V**iriliter agi-
te et confortetur cor vestru: **E**t bonū si-
ne defectōe opantes. tpe p̄p̄uo metatis.
Dēs qui speratis in dño. **O**mnes
qui speratis in dño: id est q̄ eū recte time-
tis vel colitis: sperate in dño.

Sermo p̄m⁹: de p̄ncipio eiusdē psalmi.

Psalmi huius quē mō cātauimus
quantum possumus secreta rime-
mur: et inde sermones exculptum
reddamus auribus et mentibus vestris.
Titulus eius est: **I**n finem psalmus
ipsi **D**avid extasis. **I**n finez quid sit:
nouimus: si christum nouim⁹. **D**icit enim
Apl⁹: **F**inis em̄ legis christ⁹ ad iusticiāz
omni credēti: finis nō p̄sumēs sed p̄ficiēs.
Duob⁹ em̄ modis dicim⁹ finē: vel quo fit
vt nō sit qd̄ erat: vel quo fit vt p̄fectū sit qd̄
inchoatū erat. **E**rgo in finē in christū psal-
m⁹ **D**avid extasis. **V**erbū extasis grecū:
latine quātū daf̄ intelligi verbo vno expo-
ni pōt si dicat̄ excessus. **E**xcessus aut̄ men-
tis p̄p̄ue solet extasis dici. **I**n excessu vō
mētis duo intelligunt̄: aut p̄uor aut intē-
tio ad sup̄na: ita vt qd̄amō de memoria la-
bant̄ interna. **I**n hac extasi fuerūt oēs san-
cti: q̄bus arcana dei mundū istū excedētia
reuelata sunt. **B**e h̄ mētis excessu: id est ex-
tasi **P**aulus cū loq̄ret̄: seipm̄ insinuās ait:
Sue em̄ mēte excessimus deo: siue tēpan-
tes sumus vobis: caritas em̄ christi cōpel-
lit nos: h̄ est si ea tñ agere vellem⁹: et ea tñ
p̄tēplari: q̄ mentis excessu intuemur: vobi-
scū nō essemus: h̄ essem⁹ in sup̄nis tanq̄ cō-
tēptis vobis. **E**t qm̄ nos ad illa sup̄iora et
interiora infirmo passu seq̄remini: nisi rur-
sus cōpellente nos caritate christi: q̄ cū in
forma dei esset nō rapinā arbitratus ē: esse
se equalē deo: sed semetipm̄ exinanuit: for-

mā serui accipiens: vt p̄sideraremus nos
esse seruos: et nō ingrati ei a quo accepim⁹
altiora: p̄pter eos q̄ infirmi sunt nō cōtēna-
mus inferiora: et tēperemur: nescitis quia
nō possunt nobiscū videre sublimia: **H**oc
ḡ ait: siue mēte excessimus deo. **I**lle em̄ vi-
det: qd̄ nos videmus in mētis excessu: ille
sol⁹ reuelat secreta sua: **Q**uipe ille hoc lo-
quit̄ q̄ se dicit raptum esse et allatū in tertiu-
m celū: et audiuisse ineffabilia v̄ba: q̄ non
licet hōi loqui. **L**atus aut̄ fuit ille mentis
excessus vt diceret: siue in corpe: siue extra
corpus nescio: de⁹ scit. **E**rgo si hūc excessū
mentis: id est hūc extasim significat titulus
psalmi huius: magna p̄fecto et alta quedā
sperare debemus dicturū eū q̄ p̄didit psal-
mū: id est p̄phetā: imo vero per p̄phetaz
spiritū sanctū. **S**i vero hac extasi p̄uor in-
telligēdus est: neq̄ huic significatiōi verbi
debet hui⁹ psalmi cōtextus. **V**idet em̄ de
passione locutur⁹ esse: in q̄ p̄uor est. **S**ed
cui⁹ p̄uor ē: vtz christi: qz dixit i finē: et in-
telleximus finē christū: an forte n̄ p̄uor?
Nūq̄d em̄ possum⁹ p̄uorē h̄i intelligere
in christo p̄p̄inquate passiōe: q̄ p̄pterea ve-
nerat: cū venisset ad qd̄ venerat: **N**ūquid
pauebat mortur⁹? **S**i p̄sus ita hō esset: vt
nō de⁹ esset: nōne magis gauderet resurrec-
tur⁹ q̄ p̄aueret mortur⁹? **C**lerūtamē qz di-
gnat⁹ est assumere formā serui: et in ea nos
vestire se: q̄ nō est dedignat⁹ assumere nos
in se: nō est dedignat⁹ transfigurare nos in
se: et loq̄ verbis nostris: vt et nos loq̄remur
verbis ipsius. **H**ec enim mira cōmutatio
facta est: et diuina sunt peracta cōmercia:
mutatio rerū celebrata in hoc mundo a ne-
gociatore celesti. **V**enit accipere cōtume-
lias: dare honores. **V**enit haurire dolorē:
dare salutē. **V**enit subire mortē: dare vitā.
Morturus ergo ex eo quod nostrū babe-
bat: non in se: sed in nobis pauebat: quia
et hoc dixit tristez esse animā suam vsq̄ ad
mortē: et vtq̄ nos ipsi omnes cū illo. **N**am
sine illo nos nihil: in illo autē ipse christus
et nos: **Q**uare: **Q**uia totus christus caput
et corpus. **C**aput ille saluator corporis: qz
iam ascendit in celum: corpus autez eccle-
sia que laborat in terra. **H**oc autē corpus
nisi cuz cōnectione caritatis adhereret ca-
puti suo: vt vnus fieret ex capite et corpore:
non de celo quendā persecutorē corripies
diceret: **S**aule saule quid me p̄sequeris?
Quando em̄ iam in celo sedentem nullus
homo tangebatur: quomō cuz saulus in ter-

ra seruis aduersus christianos aliquo modo iniuria persequebat. **N**o ait: qd sanctos meos: quid seruos meos: sed quid me persequeris: hoc est quid membra mea. Caput p membris clamabat: et membra in se caput tras figurabat. **G**locē nanq̄ pedis suscipit lingua: quādo forte in turba cōtritus pes dolet: et clamat lingua calcas me. **N**o em̄ ait: **C**alcas pedē meū: sed se dixit calcari quā nemo tenigit. Sed pes qui calcatur est: a lingua nō seperatus est. Ergo etiā sic nō incōgrue intelligitur extasis: pauor. Quid enī dicam⁹ fratres: Si nullus oīno pauor eēt passur⁹: quid diceret ipsi Petro: quod aduimus natali apostolorū die: quando ei dñs predixit futurā suā passionē: **C**ū esses iunior cingebas te et ibas quo volebas: cū autē senior factus fueris: alter te cinget: et feret quo tu nō vis. **H**oc autē inquit dixit significās qua morte moreretur. Ergo si Petrus ap̄ls tāta persecutiōe quo nollet duct⁹ est: et volens nolēs mortu⁹ est: si volēs coronatus est: quid mirū si est aliq̄s pauor in passione etiā iustorū: etiā sc̄torū. **P**aueor est ex hūana infirmitate: spes ex diuina pmissiōe. **Q**uod pauor tuū ē: qd speras donū dei est in te: et meli⁹ in pauore tuo agnoscelte: vt in liberatiōe tua glorifices eū q̄ te fecit. **P**aueat hūana infirmitas: nō in eo pauore deficit diuina misericordia. **B**eniq̄s pauens iste inde cepit: **I**n te dñe speraui non confundar in eternum. **C**uidetis qz et pauet et sperat. **C**uidetis quia pauor iste nō est sine spe: etiā si ē aliqua in humano corde cōturbatio: non recedit diuina solatio. **L**oquitur ergo hic christus in propheta: audeo dicere christus loquit. **V**icturus ē quedā in hoc psalmo: que q̄ si christo videantur nō posse cōgruere: illi excellentie capitis nostri: maximeq̄ illi vbo quod in pncipio erat deus apud deū: nec ei i forma serui fortasse videbunt qdā hic vba pgruere: quā formā serui suscepit ex v̄gine: et tñ christus loquit: qz vnus dicitur christus caput et corpus suū: ipse dicit cū d̄ cōiugio loqueretur: **E**rūt duo in carne vna. **I**gitur iā non duo: sed vna caro. **S**ed forte hoc dicat de quocūq̄ cōiugio: **A**udi ap̄lum Paulū. **E**t erūt duo inq̄t in carne vna. **S**acramētū hoc magnū ē: ego autē dico in christo et in ecclia. **S**it q̄ tāq̄ ex duobus vna quedaz persona: ex capite et corpore: ex sponso et sponsa. **N**ā vnitatē p

sone hui⁹ mirā et excellentē: cōmendat etiā am Esaias p̄beta. **N**ā loquēs etiā in eo christus in p̄beta ait: **S**icut spōso alligauit mihi mirā: et sicut sponsam ornauit me ornamento. **S**e dixit sponsum: se sponsam. **Q**uare se sponsus: se spōsa: nisi qz duo in carne vna: **S**i duo in carne vna: cur non duo in voce vna: **L**oquat ergo christ⁹: qā in christo loquit ecclia: et in ecclia loquitur christ⁹: et corp⁹ in capite: et caput in corpe. **A**udi Ap̄lm hocipm euidētē exp̄mētē. **S**icut em̄ est vnū corp⁹ et membra habz multa: omnia autē membra corporis cū sint multa: vnū est corpus: sic et christus: **L**oquēs de membris christi: h̄ est de fidelib⁹: non ait sic: et membra christi: sed totū hoc qd dixit christū appellauit. **S**icut em̄ corpus vnū: et membra habet multa: oīa autē membra corporis cū sint multa: vnū est corp⁹: sic et christus membra multa vnū corp⁹. **E**rgo simul oēs nos cū capite nostro christo sine capite nostro nihil valētes. **Q**uare: **Q**uia nos cum capite n̄o vites: sine capite n̄o: qd absit: sarmentā p̄cisa: nō alicui op̄i agricolaz: si signi tantūmō destinata. **I**deo et ipse in euāgelio: **E**go sum vitis: vos estis palmutes: pater meus agricola ē: et sine me inq̄t nihil potestis facere. **B**ñc si sine te nihil: totū in te. **E**t em̄ quicquid ille opatur p nos: nos videmur opari. **P**otest ille multū et totū sine nobis: et nos nihil sine ipso. **E**rgo in quacūq̄ extasi loquat: siue pauor: siue excessu mētis: cōgruūt que dicunt. **B**icam⁹ in christi corpe: dicamus omnes quasi vn⁹: qz oēs vnitas: **B**icam⁹: **I**n te dñe speraui nō confundar in eternum. **I**llā inq̄t p̄fusionē phorresco q̄ est in eternū. **N**ā est quedam p̄fusio tp̄alis vtilis: p̄turbatio animi respiciēt̄ p̄cā sua: respectōe phorrescēt̄: horrore erubescēt̄: erubescētia corrigēt̄. **C**ū dicit et Ap̄ls: **Q**uā. n. gl̄am habuistis tūc in his in q̄bus nūc erubescit̄: **E**rgo erubescē illos dicit iā fideles: nō de p̄tibus donis: sed de p̄teritis peccatis. **H**āc cōfusionem nō formidet christianus: imo si hanc non habuerit: eternaz habebit. **Q**ue est eterna confusio: **Q**ñ fiet illud quod dictū est: **E**t traducent eos ex aduerso iniquitates eorū: **E**t sit traducentib⁹ ex aduerso iniquitatib⁹ omnis grex malus ad sinistrā: tāq̄ bedis ab ouibus seperatū: et audient: **I**te in ignē eternū qui paratus est diabolo et angelis eius. **Q**uerūt quare: **E**surui em̄ et nō distis mihi manducare. **C**ontēnebāt tunc

quando esurienti christo non dabant cibum: quando sitiēti non dabant potum: quando nudum non vestiebant: peregrinum non suscipiebant: egrotantē non visitabant. Tunc contemnebant: cum ceperit illis enumerari confundetur: et hec confusio in eternum erit. Hanc timens iste qui pauet: vel cuius ad deum est metus excessus hoc rogat: In te domine speravi: non confundar in eternum: **Et in tua iusticia erue me et exime me.** Nam si attendas ad iusticiam meam damnas me. In tua iusticia me erue. Est enim iusticia dei: que et nostra sit: cum donatur nobis. Ideo autem dei iusticia dicitur: ne homo se putet a seipso habere iusticiam. Sic enim dicit apostolus Paulus: Credenti in eum qui iustificat impium. Quis est qui iustificat impium: Qui ex impio facit iustum. Reputatur fides eius ad iusticiam. Iudei vero quia suis viribus se putabant implere posse iusticiam: offenderunt in lapidem offensionis: et petram scandali: et gratiam christi non agnouerunt. Acceperunt enim legem qua fierent rei: non qua liberarentur a reatu. Benignus quid de illis apostolus dicit: Testimonium enim perhibeo illis quia zelum dei habent iudei: sed non secundum scientiam. Quid est quod dixit quod zelum dei habet: si non secundum scientiam: Audi quod sit non secundum scientiam. Ignorantes enim dei iusticiam et suam volentes constituere: iusticie dei non sunt subiecti. Si ergo ideo non secundum scientiam zelum dei habent: quia ignorant iusticiam dei: et volunt suam statuere: qua se ex ipsis iustificarent: ideo gratiam dei non cognouerunt: quia gratis saluari noluerunt. Quis est qui non saluat gratis: In quo non inuenit saluator quod coronet: sed quod daret. non inuenit merita honorum: sed inuenit merita suppliciorum. Si agat tanquam veraciter ex regula legis proposita: dandus est peccator. Hac regula si ageret quem liberaret: Omnes enim peccatores inuenit: solus sine peccato venit: qui nos peccatores inuenit. Hoc ait apostolus: Omnes enim peccauerunt et egent gloria dei. Quid est egent gloria dei: Ut ipse liberet non tu. Quia tu te liberare non potes: indiges liberatore. Quid est quod te iactas: Quid est quod de lege et iusticia presumis: Non vides quid intus confligat in te: de te: aduersus te: Non audis pugnantem et contentem: et adiutorium in pugna desiderantem: Non audis athletam domini ab agonistha petentem adiutorium pugne sue: Non enim sic te expectat deus certantem: quomodo te expectat editor: si forte

pugnes in amphitheatro. Ille tibi premium dare potest si viceris: adiuuare te periclitantem non potest. Non sic expectat deus. Unde ergo attende eum qui dicit: **Quo delector enim legem dei: secundum interiore hominem.** Unde autem aliam legem in membris meis: repugnantem legi mentis mee: et captiuum me ducentem in lege peccati que est in membris meis: Adifer ego homo: quos me liberabit de corpore mortis huius: Gratia dei per Iesum christum dominum nostrum. Quare gratia: Quia gratis datur. Quare gratis datur: Quia merita tua non precesserunt: sed beneficia dei te preuenerunt: Illi ergo gloria qui nos liberat. Omnes enim peccauerunt et egent gloria dei. In te ergo domine speravi non in me: non confundar in eternum: quia in eo spero qui non confundit. In tua iusticia erue me et exime me: Quia non inuenisti in me iusticiam meam: erue me in tua: hoc est illud me eruat quod iustificat me: quod ex impio pius facit: quod ex iniquo iustum: quod ex ceco videntem: quod ex cadente surgentem: quod ex flente gaudentem. Hoc me liberat: non ego. **In tua iusticia erue me et exime me.** **Inclina ad me aurem tuam:** Fecit hoc deus quando ipsum christum ad nos misit. Illi ad nos misit: qui inclinato capite digito scribebat in terra: quando ei adultera mulier offerebatur puniendae. Ille autem inclinauerat se ad terram: id est deus ad hominem: cui dictum est: Terra es et in terram ibis. Non enim quasi corporalibus locis deus ad nos inclinat aurem suam: aut membris istis corporeis determinatis finitus est. Omnino nihil horum cogitent humana phantasmata: veritas est deus. Veritas nec quadrata est: nec rotunda: nec longa. Ubique presens est: si cordis oculus ad eam pateat. Inclinat tamen aurem suam ad nos deus misericordiam deponens supra nos. Que maior misericordia: quam ut vnicui suum daret nobis: non viuere nobiscum: sed mori pro nobis: Inclina ad me aurem tuam. **Accelera ut eximas me.** Exaudis. n. in hoc cum dicit: accelera. Ad hoc enim positum verbum est: ut hoc totum quod nobis videtur quod diu voluitur seculum intelligas punctum esse. Non est diu quod habet extremum. Ab Adam usque ad hodiernum diem peractum est: et multo vtiq; plus peractum est quam restat peragendum. Si adhuc viveret Adam et hodie moreretur: quid ei prodesset tam diu esse: tam diu vixisse: Ergo celeritas

hec: quare: Quia trāsuolant tempora. Et quod tibi tardū est: in oculis dei breue est. **Nā** hanc celeritatē iste intellexerat in extasi: **Accelerat ut eximas me.** **Est**o mihi in deum p̄tectorē et in domū refugij: ut saluū me facias. **Bonus** refugij tu mihi esto deus: p̄tector: domus refugij. **Aliqñ** enī periclitor et volo fugere. **Quo** fugio: **Ad** quez locum tutus fugio: **Ad** quē mōtē: **Ad** quā speluncā: **Ad** que tecta munita: **Quā** arceꝝ teneā: **Quibus** mur' ambigar: **Quocūq;** iero sequor me. **Quicq̄d** enī vis potes fugere homo p̄ter conscientiā tuā. **Intra** in domū tuā: req̄sce in lecto tuo: intra in interiora: interius habere nihil potes quo fugias a conscientia tua si rodūt te peccata tua. **Quia** vero dixit: **accelera ut eximas me:** et in tua iusticia erue me: ut dimittas peccata mea: et edifices in me iusticiā tuā: tu mihi eris dom' refugij: ad te cōfugio. **Nā** a te quo fugiaz? **Trāscitur** tibi deus: q̄ fugis: **Audi** quid dicat in alio psalmo: **timēs irā dei:** **Quo** ibo a spū tuo: et quo a facie tua fugiā? **Si** ascēdero in celū tu ibi es: si descendero in infernum ades. **Quocunq;** iero: ibi te inueniam: et si irāsceris: ultorem te inuenio: si placatus es: adiutorē. **Nihil** mihi ergo restat: nisi ad te fugere: non a te. **Ut** euadas hominē dominū quicūq; seru' es: fugis in ea loca vbi nō est dūs tu': ut euadas deū: fuge ad dñm **Nā** nō ē quo fugias deū. **Pre**sto sunt oīa et nuda oīpotentis oculis. **Tu** ergo mihi inquit esto domus refugij. **Nā** si salu' nō fuero quō fugio: **Sana** me et fugio ad te. **Nā** si me nō sanas: ābulare non possuz: fugere quō poterō? **Quo** iret: quo fugeret si ābulare nō posset semiuu' in via sauciatus vulneribus latronū: **Quē** transiens sacerdos p̄terijt: trāsiens leuita p̄terijt: trāsiens samaritanus miserat' est: id ē ipse dñs q̄ miserat' est genus hūanuz. **Samaritan'** n. custos interpretat: **Et** q̄s ē q̄ nos custodit si ille deserit: **Merito** cū iudei cōuiciātes dicerēt: **nō** eueꝝ dicim' qz samaritan' es et demoniū habes: vnuz respuit: alterz amplexus est: **Ego** inq̄t demoniū nō habeo. **Nō** dixit: nō sū samaritanus: sic intelligi volēs nostrū se esse custodē. **Miseratus** ergo accessit: curauit: ad stabulū p̄duxit: impleuit circa eū misericordiā. **Ille** iā potest ambulare: potest et fugere. **Quo** fugeret nisi ad deū: vbi fecit sibi domū refugij: **Quia** fortitudo mea et refu-

gium meuz es tu: et p̄pter nomen tuū dux mihi eris et enutries me. **Non** p̄pter meritū meū: sed p̄pter nomen tuū: ut tu glorificeris: nō quia ego dignus sū: dux mihi er' ne aberrē a te. **Et** enutries me: ut validius sim ad māducandū escāz qua pascis angelos. **Hic** enī lacte nos nutrit: qui nobis celestē cibū p̄misit: et vsus est materna misericordia. **Sicut** enī mater lactans eandē escā cui sumende idoneus infans nō est: per carnē traicit: et lac infundit. **Hoc** enī accipit puulus qd̄ acceptur' erat ad mensaz: sed qd̄ per carnē traicitur p̄gruit paruulo. **Sic** dñs sapientiā suā ut lac nobis faceret carne indutus venit ad nos. **Ergo** corp' christi loquit: **Et** enutries me. **Et** educes me de muscipula ista quā occultauerunt mihi. **Nā** passio significat: **Educes** me de muscipula ista quā occultauerunt mihi: nec sola illa passio est qua passus est dñs noster **Je**sus christus. **Muscipulā** suā diabolus tendit vsq; in finē: et ve illi qui in illā muscipulā cadit. **Cadit** autē omnis qui nō sperat in deū: qui nō dicit: **In** te dñe speraui nō confundar inefnū: **Et** in tua iusticia erue me et exime me. **Extēta** est et parata muscipula inimici. **Posuit** in muscipula erroꝝ et terroꝝ: erroꝝ quo illiciat: terroꝝ q̄ frangat et rapiat. **Tu** claude ianuā cupiditatis contra erroꝝ: tu claude ianuam timoris contra terroꝝ: et educeris de muscipula. **Quiusmodi** pugne exemplū ipse tibi imperator tuus: qui p̄pter te etiā temptari dignatus est in se demonstrauit. **Et** p̄mo temptatus est illecebus: quia tēptata est in illo ianuā cupiditatis: quādo eū temptauit diabolus dicēs: **Hic** lapidib' istis ut panes fiāt: **Adora** me et dabo tibi regna ista. **Mitte** te deorsuz: qz scriptū est: **Quia** angelis suis mādauit de te: ut in manib' tollant te: ne quādo offendas ad lapidē pedem tuū: **Omnia** hec per illecebrā cupiditatis temptat. **At** vbi clausaz ianuaz inuenit cupiditatis: in eo qui tēptabatur p̄ nobis: conuertit se ad temptandā ianuaz timoris: et preparauit illi passionēz. **Beniq;** hoc dicit euangelista: **Et** cōsummata temptatione: diabolus recessit ab eo ad tempus. **Quid** est ad tempus: **Tanq;** rediturus et tēptaturus ianuā timoris: quia clausam inuenit ianuam cupiditatis. **Totum** ergo corpus christi temptatur vsq; in finem: **Fratres** mei: quādo iustuz est nescio

quid contra christianos mali: simul impingebatur in hoc corpus totuz impingebat. Unde dictu est in psalmo: **T**anq̄ cumul'barene mar' impulsus sū vt caderē: ⁊ dñs suscepit me. At vbi finita sunt illa que totū corpus impingebāt vt caderet: cepit tēptatio esse p ptes. **T**emptat corpus christi: vna ecclesia non patit psecutionē: alia panē. **N**ō patitur furore impatoris: ⁊ patitur furore mali populi. **Q**uante vastationes a plebibus? **Q**uanta mala gesta sunt ecclesie a malis christianis: ab eis qui capti sunt in illo retriaculo? **T**am multiplicati sunt, vt pmerēt naues i piscatione illa domini ante passionē. **N**ō ergo desunt pressure tēptationis. **N**emo sibi dicat: nō est tēpus tēptationis. **Q**ui sibi hoc dicit: paces sibi pmittit. **Q**ui sibi pacē pmittit: securus in uaditur. **T**otū ergo corpus christi dicat: **E**duces me de muscipula ista quā occultauerūt mibi: qz eductū est: ⁊ caput nostrū de muscipula quā absconderūt illi: quib' modo dicebat in euāgelio: qz dicturi erāt: **H**ic ē heres: venite occidam' eū: ⁊ nostra erit hereditas: ⁊ in se sententiā dixerūt interrogati: **Q**uid faciet ille paterfamilias colonis malis: **M**alos male perdet: ⁊ vineā suā locabit alijs agricolis. **Q**uid ⁊ illud: nō legistis: **L**apidē quē reprobauerūt edificantes: hic fact' est in caput anguli: **Q**uid est eū reprobauerūt edificantes: **H**oc ait eiecerūt extra vineā ⁊ occiderunt. **E**rgo erutus est ⁊ ille: caput nostrū sursum est: liberū est. **D**ereamus illi p dilectionē vt melius postea cōglutinemur ei p immortalitātē: ⁊ dicam' omnes: **E**duces me de muscipula ista quā occultauerūt mibi. **Q**ui tu es pector meus. **A**udiamus vocem dñi quā dixit in cruce. **I**n manus tuas cōmendo spiritū meū: **C**erte cū verba eius in euāgelio: de isto psalmo cognoscimus: ipsū hic locutū fuisse non dubitemus. **H**abem' hoc in euāgelio dictum: **I**n manus tuas cōmendo spiritū meū: ⁊ inclinato capite reddidit spm. **N**on sine causa voluit verba huius psalmi sua esse: nisi vt te admoneret se locutuz esse in hoc psalmo: **I**pm h' quere: cogita quomō in illo psalmo se queri voluit p susceptione matutina. **F**oderūt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerunt oīa ossa mea. **I**psi vero cōsiderauerūt ⁊ cōspererūt me: diuiserūt sibi vestimenta mea: ⁊ super vestē meā miserūt fortēz. **U**t te admoneret in

se b' esse cōpletū: in voce sua posuit caput ipsius psalmi: **D**eus de' me' vt quid me de reliquisti: **E**t tñ vocē corporis in se transfuravit. **N**ō em' vnicū suū pater aliquādo dereliquit. **R**edemisti me domine deus veritatis. **F**aciēs qd' pmisisti: nō fallens in pollitatione sua deus veritatis. **O**disti obseruātes vanitatē: superuacue. **Q**uis obfuar vanitatē: **Q**ui timēdo mori mēt. **T**imēdo em' mori mēt: ⁊ moritur anteq̄ moriat: qui ideo mētēbat vt viuere. **M**ētū vis ne moriaris: ⁊ mētū ⁊ morieris: ⁊ cū vitas vnā mortē quā differre poteris: auferre nō poteris: incidēs in duas: vt prius moriar' in aīa: postea in corpore moriar'. **U**nde hoc nisi obseruādo vanitatē: **Q**uia dulcis est tibi trāsiens dies: qz dulcia sunt tibi volantia tēpora: vnde nihil tenes: ⁊ insup tu teneris. **O**disti obseruātes vanitatē superuacue. **E**go aut: **Q**ui nō obseruo vanitatē. **I**n dño spau: **S**peras in pecunia: obseruātes vanitatē: speras in honore ⁊ sblimitate aliq̄ ptatis hūane: obseruas vanitatē. **S**peras in aliq̄ amico potente: obseruas vanitates. **I**n his oībus cū speras: aut tu expiras: ⁊ ea hic dimittis: aut cū viuīs oīa pereūt: ⁊ in spe tua deficiēs. **H**āc vanitatē cōmendat **E**saīas dicēs: **O**mnis caro fenū: ⁊ oīs gloria ei' quasi flos fenī. **A**ruit fenū: ⁊ flos eius decidit: verbū autē domini manet in eternū. **E**go autē non quomō illi qui sperant in vanitates: ⁊ qui obseruant vanitates: sed in domino sperau: qui non est vanitas. **E**xultabo ⁊ iocundabor in tua misericordia. **N**on in mea iusticia. **Q**uia respexisti humilitates meā: saluā fecisti de necessitatibus animā meā. **N**ec conclusisti me in manus inimici. **Q**ue sunt necessitates: vnde saluā volum' fieri animā nostram: **Q**uis has enumeret? **Q**uis digne eraggeret: **Q**uis cōgrue vitandas fugiendasq̄ cōmedet? **P**rimo i genere humano dura necessitas: nescire cor alterius: male sentire plerūqz de amico fideli: bene sentire plerūqz de amico infideli. **D**ura necessitas. **E**t quid facis vt corda inspicias? **Q**uē oculum affers: infirma ⁊ plangenda mortalitas: **Q**uid facis vt videas bodie cor fratris tui? **N**on habes quid facias? **A**lia maior necessitas: nec tuū vides quale erit cras. **Q**uid iam dicam de necessitatibus ipsius mortalitatis: **M**ori neces-

se est: et nemo vult. Nemo vult quod neces-
se est. Nemo vult quod erit velis nolis. Bona
necessitas nolle quod non potest evitari. Nam
si fieri posset: nollemus utique mori. Et effici
quidem angeli vellemus: sed commutatione
quadam non morte: sicut dicit Apostolus:
Edificationem habemus ex deo: domum non ma-
nufactam eternam in celis. Etenim in hoc in-
gemiscimus habitaculum nostrum quod de celo
est superindui cupientes: si tamen induti et
non nudi iueniamur. Etenim quid sumus in
hac habitatione ingemiscimus grauati: in
quo nolimus expoliari: sed supuesturi: ut ab-
sorbeatur mortale a vita. Volumus pue-
nire ad regnum dei: sed per mortem nolumus:
Et tamen dicit tibi necessitas: hac venies: hac
venire dubitas homo: cum hac ad te vene-
rit deus. Que sunt etiam necessitates vincen-
darum vetustissimarum cupiditatum: et anno-
sarum malarum consuetudinum: Vincere consue-
tudines dura pugna: nosti. Uides quod ma-
le facias: quod detestabiliter: quod infelicitur: et
faci tamen: Fecisti heri: facturus es hodie.
Si sic tibi displicet cum disputo: quomodo di-
splicet tibi cum cogitas: Et tamen factus es
hoc. Unde raperis: Quis te captiuum tra-
hit: An illa lex in membris tuis repugnans le-
gi mentis tue: Clama ergo: Infelix ego ho-
mo: quis me liberabit de corpore mortali hu-
ius: Gratia dei pro Iesum Christum dominum
nostrum. Et impletur in te quod modo diximus:
Ego autem in domino speravi: exultabo et iocun-
dabor in tua misericordia: quia respexisti hu-
militatem meam: salutem fecisti de necessitatibus
animam meam. Unde enim facta est salua de ne-
cessitatibus anima tua: nisi quia respecta est
humilitas tua: Nisi prius humiliarer non te
exaudiret: qui te a necessitatibus liberaret.
Humiliatus est qui dixit: Infelix ego ho-
mo: quos me liberabit de corpore mortis huius?
Non sunt humiliati qui ignorantes dei iusti-
ciam et suam volentes constituere: iusticie dei non
sunt subiecti. **Nec conclusisti me in
manus inimici:** Non vicin tuum: non com-
possessoris tui: non eius cum quo militasti et
cum lefisti: aut forte in tua ciuitate iniuriam ei
fecisti. Isti enim tales sunt: pro quibus orare
debemus. Alium habemus inimicum: diabolum
serpentem antiquum. Omnes morietes si be-
ne moriamur: ab eius manibus liberamur.
Quicumque enim male moriuntur: in suis iniqui-
tatibus: in eius manibus concluduntur: ut
cum illo in fine damnentur. Liberet ergo nos
dominus deus noster: de manu inimici no-

stri. Ille enim nos per cupiditates nostras
vult capere. Cupiditates autem nostre quam vali-
de sunt: et eis quando seruiamus: necessita-
tes vocantur. Liberante autem deo animam no-
stram de necessitatibus nostris: quid erit quod
in nobis teneat inimicus: ut concludamur
in manus eius: **Statuisti in loco spa-
cioso pedes meos.** Lente angusta via
est: laborati angusta est: amati lata est. Ea-
dem que angusta est: lata fit. In spaciofo di-
cit posuisti pedes meos: ne angustati pe-
des mei irent in se: et incurrerem in se deice-
rent me. Ergo quod ait: posuisti in spaciofo
pedes meos: plane fecisti mihi facile iusti-
ciam: que mihi erat aliquando difficilis. Hoc est
posuisti in spaciofo pedes meos: Misere-
re mei domine quam tribulor: tristatus est in ira
oculus meus: anima mea: et veter me: quam
defecit in dolore vita mea et anni mei in ge-
mitibus. Sufficiat caritati vestre: adiuua
te domino: fortassis implebimus debitum: ut et
psalmo pacto proficiamus.

Sermo secundus de medio eiusdem psalmi.

A reliquis psalmi nostra reuertat inten-
tio: et nos ipsos agnoscamus in ver-
bis prophetie. Quam si nos inspexerimus
in tempe tribulationis: gaudebimus in tem-
pore retributionis. Commendaueram carita-
ti vestre cum primas partes huius psalmi ex-
ponerem: quod christus loquatur: et quomodo sit
accipiendus christus totus cum capite et cor-
pore: non tacueram. Testimonium etiam scriptura-
rum: quantum mihi videtur satis idoneis luculen-
tisque firmaueram: ita ut omnino dubitari non
possit christum esse caput et corpus: sponsus
et sponsam: filium dei et ecclesiam: filium dei fac-
tum filium hominis propter nos: ut filios hominum
faceret filios dei. Atque ita eorum duo in car-
nevina in sacramento magno: quia agnoscuntur
duo in prophetis in voce vna. Gratulatio
superius expressa est ipsius dicentis: Re-
spexisti humilitatem meam: salutem fecisti de ne-
cessitatibus animam meam: nec conclusisti me in
manus inimici: statuisti in loco spaciofo pe-
des meos. Gratulatio est liberati hominis
a tribulatione: liberatorum membrorum christi
ab afflictione et insidiis. Et rursus dicit:
**Miserere mei domine quam tri-
bulor:** In tribulatione utique angustia est.
Quomodo ergo posuisti in spaciofo pedes
meos: si adhuc tribulatur? Quomodo in
spaciofo sunt pedes? An forte vna quidem
vox est: quia vnum quidem corpus: sed
in aliquibus membris spacium sentitur:

in aliquibus angustia: id est alij sentiunt
Nō salu; fit q̄ carnē suā regit: si i sua v̄tute

Alia lra.
t oēs inha-
tes orbē.

Alia lra.
t in genera-
tione z generati-
one.

Alia lra.
t eius.

Alia lra.
t saluat.

Alia lra. multū psumpserit. **Nec cūcas** saluus erit i multitudine virtutis sue. Nec quisquis militat cōtra cōsuetudinē concupiscētie sue: vel cōtra diabolū z angelos eius: saluus erit: si se sue fortitudini multū cōmiserit. **Adedar equ⁹ ad salutē:** fallit: quisq̄s putat vel p homies inf ho mines acceptā se salutē adipisci: vel impetu animositatis sue defendi a pnicie. **In abundantia a. te virtutis sue nō erit salu⁹.** **Ecce oculi dñi sup metuetes eius:** Quia si salutē q̄ris: ecce oculus dñi sup timētes eū. **Et sperātes sup misericordia ei⁹.** Et sperātes non in vires suas: sed in misericordia ei⁹. **Et eruat a morte aias eorū: z alat eos in fame.** Et det eis alimētū verbi z sempiternē veritatis qd̄ amiserāt: dū psumūt in virib⁹ suis: z ido nec ipas vires habēt a fame iusticie. **Amina nra paties erit dño:** Et aut postea saginef escis incorruptilibus: interim dū hic est: **Aia nra paties erit dño.** **Qm̄ adiutor z ptecor nri est.** **Adiutor nri ē dū cōamur ad deū: z ptecor dū resistim⁹ aduersario.** **Quia in ipso letabit cor nostrū:** Nō em̄ i nobis vbi magna sine illo inopia est: sed i ipso letabit cor nostrū: **Et in noie sancto ei⁹ sperabim⁹.** Et ideo sperabim⁹ vēturos nos ad deū: qz nobis absentib⁹ p fidē misit nomen suū. **Fiat tua misericordia dñe sup nos: sic sperauim⁹ in te.** **Fiat misericordia tua dñe sup nos: spes em̄ nō p̄fundit: qz speram⁹ in te.**

Item sermo prim⁹ de prima parte eiusdē psalmi.

Psalms iste admonet nos exultare dño. Inscrībūt autē **Ip̄i Baud.** Qui ḡ p̄tinent ad sacratissimū sanctū **Baud:** audiāt vocē suā: et dicāt vocē suā: z exultēt in dño: **Sic autē incipit.**

Exultate iusti i dño: In iusti exultent i seculo: finito isto seculo: vni⁹ exultatio iniustorū. **Exultēt autē iusti i dño:** qz pmanētē dño: pmanebit iustorū exultatio. **Exultare autē in dño ita cōuenit:** vt laudem⁹ illū q̄ solus nō habet qd̄ nobis displiceat: z nemo tā multa habet q̄ infidelib⁹ displicēt: z breue pceptū ē: ille placet deo: cui placet deus. **Nec leue h̄ putetis carissimi.** Videtis etiā quāti disputant p̄tra deū: q̄ multas displiceāt opa ei⁹. **Luz em̄ facere voluerit p̄tra volūtātē hoim:** qz dñs est: z nouit quid faciat: nec tñ attēdit

nostrā volūtātē q̄ vtilitātē. Illi qui malūt suā volūtātē impleri q̄ dei: volūt ad suam volūtātē flectere deū: nō suā corrigere ad deū. **Calib⁹ homib⁹ infidelib⁹: impijs: iniquis: z qd̄ piget dicere: sed tñ dicā:** **Hostis em̄ q̄ verū dicā: facili⁹ placet pantomū:** q̄ deus: p̄trea cū dixisset: **Exultate iusti in dño:** qz exultare in illo nisi laudando nō possum⁹. **Eū autē laudam⁹:** cui tātomagis placem⁹: quātomagis ip̄e nobis plauerit. **Rectos: inquit: decet laudatio.** Qui sunt recti: **Qui dirigunt cor h̄m volūtātē dei: z si eos p̄turbat hūana fragilitas: diuina cōsolat equitas:** Quis autē corde mortali puatim aliqd̄ velint: quo sue interi cause v̄l negocio: vel p̄nti necessitati p̄ueniāt: vbi intellexerit z cognouerint aliud deum velle: p̄ponūt volūtātē melioris voluntati sue: z volūtātē omnipotētis volūtati infirmi: z volūtātē dei voluntati homis. **Quātū em̄ de⁹ distat ab homie:** tantū volūtas dei a volūtate homis. **Unde gerens hominē christus: z regulā nobis p̄ponens: docens nos viuere: z prestans nobis viuere: ostēdit homis quādā priuatā volūtatem:** in quā suā figurauit z nostrā: qz caput nostrū est: z ad eū sic nostis tanq̄ mēbra v̄tq̄ p̄tinemus. **Pater inq̄t si fieri potest trāseat a me calix iste.** **Nec hūana voluntas erat: p̄prium aliquid z tanq̄ priuatum volens:** sed quia recto corde voluit esse hominem qui qd̄ in illa aliquātū curus esset: ad illuz dirigeret qui semp est rectus: **Terū nō qd̄ ego volo ait: sed qd̄ tu pater.** **Sed qd̄ posset mali velle chris⁹:** **Quid postremo aliud posset velle q̄ pater:** **Quoz vna est diuinitas: nō pōt esse dispar volūtas.** **Sed ex p̄sona homis trāfigurans in se suos q̄s in se trāfigurauit cū ait: Esuriui z dedistis mibi māducare: q̄s in se trāfigurauit: cū furētī z sanctos p̄sequētī Saulo clamauit desup quē nemo tangebāt.** **Saule saule: quid me p̄sequeris: ostēdit quādā homis p̄riā volūtātē: ostēdit z correrit te.** **Ecce vide inq̄t te in me: quia potes aliquid p̄riū velle: vt aliud deus velit.** **Concedit hoc hūane fragilitati: concedit humane infirmitati.** **Aliquid p̄riū velle difficile est: vt nō tibi cōtingat: sed statz cogita qui sit supra te. illū supra: te ifra illū. illū creatorē: te creaturā: illū dñm: te seruū. illū omnipotētē: te infirmū: et corrigēs te subiūgensq̄ volūtati ei⁹ ac dicēs: **Terū: nō qd̄ ego volo: sed qd̄ tu vis pater.** **Quomō disūctus es a deo: qui****

iam hoc vis quod deus? Eris ergo rectus: te decet laudatio: quoniam rectos decet laudatio. Si autem curius fueris: laudas deum quando tibi bene est: blasphemias quando tibi male est. Quod quidem male si iustum est: non est male. Iustum est autem: quoniam ab illo fit: qui iniuste facere nihil potest. Et eris insulsus puer in domo patris: amans patrem si tibi blauditur: et odio habes quando te flagellat: quasi non blandiens et flagellans hereditatem pareret. Unde autem quemadmodum deceat rectos laudatio: Audi vocem recti laudantis ex alio psalmo: Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Quod est in omni tempore: hoc est semper: Et quod est benedicam: hoc est laus eius in ore meo. Omni tempore et semper: siue in prosperis: siue in aduersis. Nam si in prosperis et non in aduersis: quomodo omni tempore: Quomodo semper? Et audiui multas multorum tales voces: quoniam illis puenit aliqua felicitas: exultant: gaudent: cantant deo: laudant deum: non sunt improbandi. imo gaudendum est illis: quia multi. Sed isti qui iam deum laudare ex prosperitatis parte ceperunt: docendi sunt patrem agnoscere flagellantem: nec murmurare aduersus corrigentis manum: ne se prauis remanentes ex hereditariis mereant. Ut facti iam recti. Quid est recti: Ut nihil illi displiceat quod fecerit deus: possint et in aduersis deum laudare et dicere: Dominus dedit: dominus abstulit: sicut domino placuit ita factum est: sit nomen domini benedictum. Tales rectos decet laudatio: non primo laudaturos: et postea vituperaturos. Ergo iusti recti: exultate in domino: quia vos decet laudatio. Nemo dicat: quis ego iustus: aut quando iustus ego? Nolite vos abscindere et desperare de vobis: boni estis: ad imaginem dei facti estis: qui nos homines fecit pro nobis: et homo factus est: Ut multi filii ad hereditatem sempiternam adoptarentur: sanguis unicus pro nobis effusus est. Si vobis terrena fragilitate viluistis: ex precio vestro vos appendite: quid madducetis: quid bibatis: quo subscribatis: tamen digne cogitate: Numquid hoc vos monemus: ut superbi sitis: et vobis aliquam perfectionem audeatis arrogare? Sed non iterum ab omni iusticia vos putare debetis exules fieri. Nolo enim vos interrogare de iusticia vestra: fortassis enim nemo vestrum mihi audeat respondere: iustus sum: sed interrogo vos de fide vestra: Sicut nemo vestrum audeat dicere:

iustus sum: sic nemo audeat dicere: fidelis sum. Nondum quero: quid viuas: sed quero: quid credas: respondurus es: credere te in christum: Non audis apostolum: Iustus ex fide viuit. Fides tua iusticia tua: quia utique si credis caues: si autem caues conaris: et conatum tuum nouit deus: et voluntatem tuam inspicit: et luctam cum carne considerat: et hortatur ut pugnes: et adiuuat ut vincas: et certantem inspectat: et deficientem subleuat: et vitcentem coronat: Ergo exultate iusti in domino. Hoc dixerim: exultate fideles in domino: quia iustus ex fide viuit. Rectos decet laudatio. Biscite gratias agere deo: et in prosperitatibus et in tribulationibus. Biscite habere in corde quod habet omnis homo in lingua: quod vult deus habere. Ipsa lingua popularis: plerumque est doctrina salutaris. Quis non quotidie dicit: quod vult deus hoc agat: Et rectus erit inter eos qui exultant in domino: et quos decet laudatio. Quales alloquitur consequenter psalmus et dicit: Confitemini domino in cithara: et psalterio decem chordarum psallite ei. Hoc enim etiam modo cantabamus: hoc ore consono exprimentes: corda nostra docebamur. Nonne id egit institutio in nomine christi vigiliarum istarum: ut ex isto loco cithare pellerent? Et ecce ipse iubent sonare. Confitemini: inquit: domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite ei. Nemo peruertat cor ad organa theatraica. Quod ei iubet in se habet: sicut alibi dicitur: In me sunt deus vota tua: que reddam laudationes tibi. Deminerunt qui pridem affuerunt: quoniam quid intersit: inter psalterium et citharam: sicut potuimus sermone discreuimus: et ad intellectum omnium perducere interim conatus sum. Quamquam autem effecerim viderit qui audierunt: et nunc importune repetimus: ut in ista diuersitate duorum instrumentorum musicorum: diuersitate factorum humanorum inueniamus: significatam per hec: implendam autem per vitam nostram. Cithara lignum est illud concavum tanquam tympanum pedete testudine: cui ligno chorde innititur ut tacte resonet. Non plectrum dico quod tangunt: sed lignum illud dixi concavum cui supiacent: cui quodammodo incubunt: ut ex illo cum tangunt tremefacte: et ex illa concavitate sonus concipiētes magis canori reddant. Hoc ergo lignum citharam in inferiore parte habet: psalterium in superiore. Hec est distinctio: Jubemur autem modo psalterium in cithara: et psallere in psalterio decem chordarum. Non dixit in cithara decem

Alia tra.
† in
Alia tra.
† illi

obedi
falle
lone
quid
loca
morte
homo
per
plena
il
ad
vrop
et
pore
E
tae
vrop
ma
lin
oma
tae
uenu
bone
ultra
pment
nig
non
gata
p
t
seru
t
m
vrop
m
fura
bus
non
regi
l
t
con
m
vrop
fura
bus
non
regi
l
t
con
m
vrop
fura
bus
non
regi
l
t
con
m

chordarū: neq; i hoc psalmo: neq; si nō fallor alicubi. Legant z considerent melius: z ociosius filij nostri lectores: tamē quātum i mihi videor meminisse: multis locis inuenim⁹ psalteriū decem chordarum: cithara decem chordarū nusq; mihi lectum occurrit. **M**ementote citharaz ex inferiore parte habere quo sonat: psalteriū ex superiore. **E**x inferiore vita id est terrena habemus prosperitatem z aduersitatem: vnde deum laudemus in vtroq; vt semp laus eius in ore nostro: et benedicamus dominū in omni tempore. **E**st enim terrena quedam psperitas: est quedam terrena aduersitas: ex vtroq; laudandus est deus vt citharize mus. **Q**ue est terrena psperitas: **C**um sani sumus fm carnem: cum abundant omnia quibus viuimus: cum incolumitas nostra seruat: cum fructus large pueniunt: cum solem suū oriri facit super bonos z malos: z pluit sup iustos et iniustos. **H**ec omnia ad vitam terrenam ptinent. **Q**uisquis inde nō laudat deū ingratus est. **N**ūquid quia terrena: idō non dei sunt? **A**ut ideo alter ea dare cogitandus est: quia danē z malis. **M**ultiplex est em̄ misericordia dei: patiens ē z longanimis. **I**nde magi significat qd seruet bonis: cum ostendit quāta donet z malis. **A**uersitates autem ex inferiore vtiq; parte de fragilitate generis humani in doloribus: in languoribus: in pressuris: in tribulationibus: in temptatiōibus. **U**biq; laudet deum qui citharizat: non attendat: quia inferiora sunt: sed qd z regi z gubernari nō possunt nisi ab illa sapientia que attingit a fine vsq; ad finē fortiter: z disponit omnia suauiter. **N**on enim celestia regit z terrena deserit. **A**ut non illi dicit: **Q**uo ibo a spiritu tuo: et a facie tua quo fugiā. **S**i ascendero in celum tu ibi es: si descendero in infernum ades. **T**ibi ergo deest qui nusq; non est: **E**rgo confiteri domino in cithara: siue tibi abūdet terrenū aliquid: gratias age illi qui dedit: siue tibi desit: si forte damno auferat aliqd: cithariza securus. **N**ō est em̄ ille tibi ablat⁹ qui dedit: q̄uis tibi ablatum fuerit quod dedit: etiam sic

inquā cithariza securus: cert⁹ i deo tuo. **L**ange chordas i corde tuo: z dic tanq; in cithara in inferiore pte bene sonante: **D**ominus dedit: domin⁹ abstulit: sicut domino placuit: ita factum est: sit nomē domini benedictū. **J**am vō cuz attendis superiora dona dei: quid tibi contulerit pceptorum: quia doctrina celesti te imbuent: quid tibi desup ex illius veritatis fonte pceperit: cōuertere z ad psalterium: z psalle domino in psalterio decem chordarū. **P**recepta enim legis decem sunt. **I**n decem preceptis legis habes psalteriū: **P**erfecta res est. **H**abes ibi dilectionē dei in tribus: et dilectionē pximi in septem: et vtiq; nosti domino dicente: quia in his duobus pceptis tota lex pendet et pphete. **D**icit tibi deus desup: quia domin⁹ deus tuus: deus vn⁹ est. **H**abes vnam chordaz: nō accipias inuanum nomē domini dei tui: **H**abes alteram chordam. **O**bserua diem sabbati: nō carnaliter: nō iudaicis delicijs: qui ocio abutunt ad nequiciā. **M**elius enim vtiq; tota die foderent: q̄ tota die saltarēt: sed tu cogitans requiem in deo tuo: z propter ipsam requiem omnia faciens: abstine ab opere seruili. **O**is em̄ q̄ facit peccatū seru⁹ ē peccati: **H**ec tria ptinet ad dilectionē dei: cui⁹ cogites vnitatem: veritatem: voluntatē. **E**st enim quedā voluntas in domino vbi verum sabbatum: vera requies. **U**nde dicitur: **B**electare in domino: et dabit tibi petitiones cordis tui. **Q**uis em̄ sic delectat: q̄ ille qui fecit omnia que delectant. **I**n his tribus caritas dei: in septem alijs caritas pximi. **N**e facias aliq; qd pati non vis. **H**onores patrem et matrem: quia vis te honorari a filijs tuis. **N**ō mechabens: quia nec mechari vxorez tuā post te vis. **N**on occides: quia z occidi non vis. **N**on fuereris: quia furtū pati tu nō vis. **N**on falsum testimoniū dicas: quia odisti aduersum te falsum testimonium dicentē. **N**on cōcupiscas vxorem pximi tui: quia et tuam nō vis ab alio cōcupisci. **N**on cōcupiscas rem aliquam pximi tui: quia si quis tuaz concupiscit displicet tibi. **C**onuertere z in te linguam:

quādo tibi displicet qui tibi nocet. **Hec** omnia precepta dei sunt: sapientia dominante data sunt: desup sonant. **Lange** psalteriū: imple legem quā dominus deus tuus non venit soluere sed adimplere. **Implebis** enim amore quod timore nō poterās. **Qui** enim timendo non facit male: mallet facere si liceret. **Itaq;** et si facultas non datur: voluntas tenetur. **Nō** facio inquit: **Quare?** **Quia** timeo. **Nōdum** amas iusticiam: adhuc seruus es. **Esto** et filius: **Sed** ex bono seruo fit bonus filius. **Interim** timendo noli facere: disces et amare non facere. **Est** enim quedā pulchritudo iusticie: pena te deterreat. **Habet** iusticia formā suam: oculos querit: accēdit amatores suos. **Pro** hac martyres seculū calcantes: sanguinem fuderunt: **Quid** amabant quando istis omnibus renūciabant: **Non** enim illi non erant amatores: aut hoc vobis dicim⁹: vt non ametis. **Qui** nō amat frigit: obrigit. **Amet:** s̄ illa pulchritudo q̄ cordis oculos querit. **Ametur** illa pulchritudo que laudata iusticia incendit aīos. **Iusticia** accēsi promittit vba: edūit voces: vndiq; dicūt: bñ: optime. **Quid** viderūt: **In** quo pulcher ē curus senex. **Non** enim si pcedat senex iustus: est aliquid in eius corpore quod ametur: **z** tamen amatur ab omnibus. **Ibi** amatur vbi nō videtur: imo ibi amatur vbi corde videtur. **Belectet** vos ergo: **z** rogate dominū vt delectet. **Domini** enim dabit suauitatem: et terra nostra dabit fructum suum: vt per caritatem impleatis: quod per timorem implere difficile est. **Quod** dico difficile est: non potest adhuc animus: mallet non esse quod precipitur: si ad faciendum non amore ducitur: sed timore coartatur. **Noli** furtum facere: time gehennas: mallet non esse gehennam in quā mitteretur. **Quando** incipit amare iusticiam: nisi quādo mallet furta nō esse: **Et** si gehenne nō essent: in quas fures mitterent. **Hoc** est amare iusticiā. **Et** ipa iusticia qualis est: **Quis** illam pingit: **Sapientia** dei quā pulchritudinem habet. **Per** illam pulchra sunt omnia: que oculis placent. **Ei** vidende

plectende: corda mūdanda sunt. **Huius** nos amatores p̄itemur: ipa nos cōponit vt ei non displiceamus. **Et** quando nos reprehendūt homines in his rebus in quibus ei quā diligimus placeamus: quomodo parui habemus reprehensores nostros: **Quomodo** illos contemnimus et omnino nihil pendimus: **Amatores** lubrici: et amabiles feminarum: quādo amate ipsorum componūt illos s̄m oculos suos: si ipsis placeant nō curāt eos quib⁹ displiceant: putātes sibi sufficere quod earū oculis placent ad q̄s affectāt: et plerūq; grauib⁹ displicent: imo sp̄ grauib⁹ displicent **z** meliore iudicio rephēdūt. **Nō** bñ tōsus es dicit vir gūis lasciuo adolescenti: nō te decet cū talib⁹ cincinnis incedere. **Fluit** autē ille capillos suos placē nescio cui: **Odite** te rephendentem vero iudicio: et seruat in se quod placet peruerso consilio. **Inimicum** te putat: quia turpitudinem demis: **Fugit** oculos tuos: et omnino non curat qua regula iusticie reprehendat. **Si** ergo illi non curant reprehēsores veraces: vt sint formosi fallaces: nos in his rebus in quib⁹ placem⁹ sapientie dei: nō debemus curare irrisores iniustos non habentes oculos vnde videant quod amamus. **Hec** cogitātes recti corde: cōfitemini domino in cithara: in psalterio decem chordarū psallite ei. **Cantate** ei canticum nouum: **Eruite** vetustatem: nostis canticum nouum. **Novus** homo: nouum testamentū: nouum canticum. **Non** pertinet nouum canticum ad homines veteres: **Nō** illud dicunt nisi homines noui: renouati p̄ gratiam ex vetustate: et pertinentes iam ad testamentū nouū: quod est regnum celorum: **Et** suspirat omnis amor noster: **z** cantat canticum nouū: non lingua sed vita. **Cantate** domino canticum nouū: **Bene** cantate ei. **Querit** vnusquisq; quomodo canet deo. **Canta** illi: sed noli male. **Nō** vult offendi aures suas. **Bñ** canite fratres. **Si** alicui bono auditori musico: quādo tibi dicis: **Canta** vt placeas ei. **Et** si vis aliqua instructiōe musice artis cantare: trepidas ne displice-

as artificii: quia quod in te imperitus nō agnoscit: artifex reprehendit. Quis asferat deo bene cantare: sic iudicanti de cantatore: sic examinanti omnia: sic audienti: Quādo potes asferre tā elegans artificii cantandi: vt tā perfectis auribus in nullo displiceas: Ecce veluti modum cantandi dat tibi: noli querere verba: quasi explicare possis vnde delectetur. **In iubilatione:** cane. Hoc est enim bene canere deo: in iubilatione cāta. Quid est in iubilatione canere? Intelligē: verbis explicare non posse quod cantatur ore deo. Etenim illi qui cantant siue in messe: siue in vinea: siue in aliquo opere feruenti: cum ceperint in verbis canticorū exultare leticia: veluti impleti tanta leticia: vt eam verbis explicare nō possint: auertunt se a syllabis verborū: et eunt in sonū iubilatiōnis. Jubilum sonus quidem ē significans cor parturire qđ dicere non potest. Et quem decet ista iubilatio nisi ineffabilem deum. Ineffabilis enim est quem fari non potes. Si cum fari non potes: et tacere non debes: quid restat nisi vt iubiles. Ut gaudeat cor sine verbis: et immēsa latitudo gaudiorū metas non habeat syllabarū. Bene canite ei in iubilatiōe. **Quia rectus ē sermo domini: et omnia opera eius in fide:** In quo etiam displicet non rectis: rectus est ille: et omnia opera eius in fide. Tua sint opera in fide: quia iustus ex fide viuūt: et fides per dilectionē operatur. Tua sunt opera in fide: quia in deū credendo fidelis efficeris. Opera dei quomō possunt esse in fide: quasi et deus ex fide viuāt? Inuenimus et deum fidelem: et hoc non verbis nostris dicitur: Apostolū audi. Fidelis inquit deus qui vos non pmittit temptari supra qđ potestis ferre: sed faciat cum temptatione puentum vt possitis sustinere. Audistis fidelem deum: audite et alibi. Si toleramus et conregnabimus: si negauerimus et ille nos negabit: Si nos credim⁹: et ipse fidelis pmanet: negare semetipsum non potest. Habemus ergo et fidelem deum: distinguam⁹

potius fidelem deum a fideli homine. Fidelis homo est credens promittenti deo: fidelis deus est exhibens quod pmisit homini. **Teneamus fidelissimū debitorem:** quia tenem⁹ misericordissimū pmissorem. Neq̄ enim aliquid ei commodauius: aut mutuū cōmendauius vt teneam⁹ eū debitore: cum ab illo habeamus quicquid illi offerimus: et ex illo sit quicquid boni sum⁹: Omnia bona quibus gaudemus ab illo sūt. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit: aut quis prior dedit ei et retribuet illi? Quoniā ab ipso et p ipsum: et in ipso sunt omnia. Ergo non ei aliquid dedimus: et tenemus debitore. **Unde debitorem:** Quia promissor est. Non dicimus deo: Domine quod recepisti redde: sed redde qđ pmisisti: quoniā rectus est sermo domini. Quid ē rectus est sermo domini? Non te fallit: tu eum noli fallere: immo tu te noli fallere. Quis enim fallit omnia scientem? Sed mentita est iniquitas sibi. Quoniā rect⁹ est sermo domini: et omnia opera eius in fide. **Diligat misericordiam et iudicium:** Fac ita: qđ deus facit ita. Intendite istam misericordiam et iudicium. Misericordie tempus modo est. Iudicij tempus post erit. Unde est misericordie tempus: Vocat modo auersos: donat peccata cōuersis: Patiens est super peccatores: donec puertantur. Quādo cūq̄ conuersi fuerint: preterita obliuiscitur: futura pmittit. Hortatur pigros: cōsolatur afflictos: docet studiosos: adiuuat dimicantes: neminem deserit laborantem et exclamantez ad se: donat vnde sibi sacrificet: ipse tribuit vnde placeatur. Magnum misericordie tempus non nos transeat fratres: non nos transeat. **Venturū est iudicium.** Erit et tunc penitentia: sed iam infructuosa. **Bicent** intra se penitentia agentes et pre angustia spiritus gemētes: **Certe** ista scripta sunt in libro sapiētie. **Quid** nobis pfuit supbia: et diuitiaz iactātia qđ stulit nobis: **Transierūt oīa tanq̄ vmbra.** **Ad** dicamus: **Transierūt oīa tanq̄ vmbra:**

modo fructuose dicamus: transeunt: ne tunc dicamus infructuose: omnia trāserunt. **Hoc** ergo est tempus misericordie: erit et iudicij. **Ne** putetis autem fratres: quia ista a se possunt in deo aliquo separari modo. **Videntur** enim sibi aliquando contraria: ut qui misericors est non seruet iudicium: et qui iudicij tenax est obliuiscatur misericordiam. **Omnipotens** est deus: nec in misericordia amittit iudicium: nec in iudicio misericordiam. **Miseretur** enim: considerat imaginem suam: fragilitatem nostram: errorem nostrum: cecitatem nostram: et vocat. et conuersus ad se donat peccata: non conuersus non donat. **Misericors** est et iustus: **Nūquid** autem iudicium amittit: aut non debuit iudicare inter conuersos et non conuersos? **An** vobis iustum videtur ut conuersus et non conuersus equaliter habeantur: ut eo modo suscipiat confitēs et mentiens: humilis et superbus? **Ergo** habet et iudicium in ipsa misericordia. **Rursus** in illo iudicio habet misericordiam: in eos utique quibus dicturus est: **Esuriui** et dedistis mihi māducare. **Et** enim dicitur in quadam epistola apostolica: **Judicium** enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. **Beati** inquit misericordes: quoniam ipsorum miserabit deus. **Ergo** in illo iudicio erit et misericordia: sed non sine iudicio. **Si** enim non in quolibet: sed in eum erit misericordia qui prerogauit misericordiam: et ipsa misericordia iusta erit: quia cōfusa non erit. **Misericordia** ē certe: ut dimittant peccata: misericordia est ut tribuatur vita eterna. **Glide** ibi iudicium: **Dimittite** et dimittetur vobis: date et dabitur vobis. **Certe** dabitur vobis et dimittet vobis: misericordia est. **Si** inde recessisset a iudicio non diceret: **In** qua mensura mesueritis: in ea remetietur vobis. **Audistis** quemadmodum exhibeat deus misericordiam et iudicium: **Exhibe** et tu misericordiam et iudicium. **An** forte ad deum pertinent ista: ad hominem non pertinent: **Si** ad hominem non pertinerent: non diceret dominus pharisais: **Relinquitis** grauiora legis: misericordiam et iudicium.

Ergo pertinent ad te misericordia et iudicium. **Ne** putes quod ad te misericordia pertineat: iudicium autem non ad te pertineat. **Aliquādo** audis causam inter duos: quorum duorum vnus est diues et alius pauper: et contingit ut pauper habeat causam malam: diues autem bonam. **Jam** si tu non es eruditus in regno dei: videris tibi benefacere: si quasi pauperem miseratus abscondas et cōtegas iniquitatem illius: et velis eum iustificare: ut quasi causam bonam habere videatur. **Et** si reprehensus fueris quod male iudicasti: quasi de misericordia respondes. **Non**ui: et ego scio: sed pauper erat: misericordia ei debebatur. **Quomodo** tenuisti misericordiam: et perdidisti iudicium? **Et** quomodo inquis si tenerem iudicium: non amitterem misericordiam? **Pronūciarem** aduersus pauperem qui vnde redderet non haberet. **Aut** si haberet: cum reddidisset vnde postea viueret non inueniret. **Aut** tibi deus tuus? **Ne** accipias personam pauperis in iudicio. **Ceterum** facile est ut admoneamur personam diuitis non accipere. **Hoc** omnis homo videt: atque vtiā sic omnis homo faceret. **Illud** est vbi fallitur: veluti qui vult placere deo: si personam pauperis in iudicio accipiat: et dicat faui pauperi. **Immo** si teneres vtrumque et misericordiam et iudicium placeres deo. **Primo** qualē misericordiam fecisti in eum cuius iniquitati fauisti: **Ecce** sacculo pepercisti: cor percussisti: pauper iste iniquus remansit: et tanto iniquior: quāto te et quasi hominem iustum fauere vidit iniquitati sue: **A** te recessit iniuste adiutus: a deo remansit iuste damnandus. **Qualem** misericordiam prebuiisti ei quem iniustum fecisti: **Ecce** crudelior inueneris quā misericordior. **Quid** ergo inquis facerem? **Judicares** primo secundum causam: argueres pauperem: flecteres diuitem. **Alius** est iudicandi: alius petendi locus. **Quādo** te ille diues videret tenuisse iusticiam: non erexisset iniqui pauperis ceruicem: sed pro merito peccati sui obiurgasse te iuste: nonne flecteres ille potes ad misericordiam petenti: qui letus redditus erat te iudicante?

Quis ergo fratres psalmi plura restet: cōsulendū est tamē virib⁹ et aīe et corpis p̄p̄ varietatez audientū: qz et cū reficimur: ex eodē tritico veluti mlti saporēs nobis sūt: Ad detergenda fastidia: h̄ vobis sufficiāt. **Sermo secundus de secūda parte eiusdē psalmi.**

Et in annūciando et in audiendo verbo veritatis: labor est. Quem laborem fratres equo animo tolemus: si sentētie dñice et p̄ditionis nostre meminerim⁹: Ab ip̄o em̄ nostri generis exordio audiuit homo nō ab homīe fallace: nec a diabolo seductore: sed ab ip̄a veritate ex ore dei: In sudore vult⁹ tui edes panem tuū. Proinde si panis noster ē verbū dei: sudemus in audiendo: ne moriamur i ieiunādo. Psalmi hui⁹ p̄marū partiū pauci versus vigiliarū nup̄ actarū solennitate tractati sūt: Quod restat: audiam⁹. Hinc autē incipit pars que restat: quā mō cantabimus: **Miseri cordia domini plena est terra. Verbo dñi celi firmati sunt.** Idip̄m est em̄: sermone domini celi solidati sunt. Bixerat sup̄ius: bene cāta te ei in iubilatiōe: id est ineffabiliter canite: qm̄ rectus ē sermo dñi: et omnia opa eius in fide. Nihil p̄mittit et non reddit: fidelis ille factus est debitor: esto tu auar⁹ extractor. Beinde cū dixisset: oia opa eius i fide: adiunxit q̄re: **Diligit misericordiā et iudiciū. Qui ḡ misericordiaz diligit: miseref. Qui autē miseref nō potest p̄mittere: et nō dare: quia posset dare: etiā si nō p̄mitteret: Ergo qz diligit misericordiā: oportet vt exhibeat qd̄ p̄mittit: et qz diligit iudiciū oportet vt erigat qd̄ dedit.** Unde ip̄e dñs dicit cuidā suo: **Bares tu pecuniā meaz: et ego veniens es vsuris exigerem.** Qd̄ ideo monem⁹ vt sciam⁹ qd̄ mō audiui⁹. Ip̄e em̄ dicit alio loco in euāgelio. **Nō ego iudico quēqz: sermo quē locutus sum eis: ip̄e iudicabit eos in nouissimo die.** Nec se excuset qui audire nō vult: ne quasi nō sit qd̄ ab illo exigat. Idip̄m em̄ erigit: qz noluit accipere cū daref. Aliud est em̄ non posse accipere: aliud nolle. Illic excusatio necessitatis est: hic reatus volūtatis. Ergo oia opa eius in fide: diligit misericordiā et iudiciū. **Accipite misericordiā: et diligite iudiciū: ne ille cū venerit erigat a nobis rationē: ita vt inanes nos dimittat. Erigit em̄ rōnez: reddit traditōez: donat eternitatē. Accipite ḡ**

miseri cordiā fratres: accipiamus omnes. Nemo nostrū in accipiēdo dormiat: ne ad reddendum male excitef. **Accipite misericordiā: Sic ad nos clamat de⁹: tanqz si tēpore famis diceret: accipe frumentū.** Qd̄ cum audires tpe famis: p̄fecto isto stimulo necessitatis cōcitus: curreres vsans te buc atqz illuc: querēs: vnde accipes: qd̄ dictū ē: accipe: **Et cū venires: quādo te teneres: quā moram interponeres: Sic et nunc dictum est: accipite misericordiā. Diligit em̄ misericordiā et iudiciū. Cū acceperis bene vtere: vt bonā rationē reddas: cū iudiciūz venerit ei⁹ qui tibi mō p̄rogat in ista fame misericordiā. Holo ergo: mihi dicat: vnde accipio: q̄ eo: Recordare qd̄ cātaf: **Miseri cordia dñi plena est terra. Ubi iam nō euangeliū p̄dicatur: Ubi sermo domini tacet: Ubi salus cessat: Opus ē vt velis accipere: plena sunt horrea. Hec ip̄a plenitudo et abundantia nō te venientē expectauerunt: sed ad dormiētem ip̄a venerūt. Non dictū est: Surgāt gentes et eant ad vñū locum: sed annūciata sunt ista gentibus: vbi erāt: vt adimpleret exinde p̄betia: dicēs: Adorabit eū vnusquisqz de loco suo. **Miseri cordia domini plena ē terra. Quid celi: Audi quid celi: Nō em̄ indigent misericordiā: vbi nulla est miseria. In terra abundat homini miseria: sup̄ abundat dñi misericordiā. Miseria hominis plena ē terra: et misericordiā dñi plena est terra. Celi ergo vbi nulla est miseria: nūquid qz nō indiget misericordiā: nō indiget dño: Omnia indiget domino: et misera et felicia. Sine illo miseri nō subleuant: sine illo felix nō regit. Ergo ne forte de celis q̄reres cuz audires: **Miseri cordia dñi plena est terra: audi q̄a dño celi indigent: sermone dñi celi solidati sunt. Nam nō a se sibi solidamentis fuerunt: nec ip̄i celi firmitatē sibi p̄p̄riā p̄stiterunt. Verbo domini celi firmati sunt. Et spiritu oris omnis virtus eorum.** Non habuerūt aliquid ex se: et tanqz sup̄plemētū a dño p̄ceperūt. Sp̄ū em̄ oris ei⁹ nō ps: sed ois virt⁹ eoz. Sane frēs videte eadē opa filij et sp̄ū sancti. Nō em̄ negligēter p̄tereundū ē: p̄pter quosdā iniquos discretiores: et turbulētos cōfusores. Utrūqz em̄ male fit. Cōfūdūt illi male discernēdo creaturā cū creatore: et cū sit creator spiritus dei: inter creaturas eum numerāt. Illi discernunt et confundunt: confundant vt******

conuertant. Audi modo vnū opus filij et spiritus sancti. Verbum certe dei filius est: et spiritus oris eius spiritus sanctus est. Verbo domini celi solidati sunt. Quid est autem solidatos esse: nisi habere stabilem et firmam virtutem: Et spiritu oris eius: omnis virtus eorum. Posset et sic dici: spiritu oris eius celi solidati sunt: et verbo domini omnis virtus eorum: Quod est enim omnis virtus eorum: sed est solidati sunt. Hoc ergo facit filius et spiritus sanctus: nūquid sine patre? Quis ergo facit per verbum suum et per spiritum suum: nisi cuius verbum est: et cuius spiritus? Trinitas ergo hoc vnus deus. Hunc adorat qui nouit adorare: hunc ubique habet quo se conuerterit. Non enim querit ab auersis: sed ipse vocat auersos ut impleat conuersos. Sane fratres exceptis illis celis superioribus ignotis: nobis in terra laborantibus: et per humanas picturas utriusque ista querentibus. Exceptis ergo illis celis qui quomodo sint super inuicem: vel quot sint: vel quibus modis distincti sint: quibus incolis impleti sint: qua dispositio regantur: quomodo ibi vnus quidam hymnus indeficiens concinens ab omnibus predicet deum: multum est a nobis inuenire: satagamus tamen peruenire. Ibi est enim patria nostra quam longa fortasse peregrinatione oblitus sumus. Vox enim nostra est in illo psalmo: Deum me quoniam peregrinatio mea longinqua facta est. Ergo de illis celis et mihi difficile est disputare: si tamen non impossibile et vobis intelligere. Lente quae me in his rebus intellectu peruenit: fruatur quo processit: et oret pro me ut sequar ego. Interim exceptis illis celis: habeo de quibus hic utriusque differam: nobis proximis celos sanctos dei apostolos: predicatores ubi veritatis: per quos celos repluti sumus: ut per totum mundum seges ecclesie pullularet: et si cum zizanibus interim communem bibes pluuiam: sed tamen horreum non habitura commune. Ergo cum dictum esset: Misericordia domini plena est terra: quasi quererem unde impleta est terra misericordia domini: prius missi sunt celi qui misericordiam domini spargerent super terram: et hoc super totam terram. Nam vide quid de ipsis celis alibi dicit: Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annuntiat firmamentum. Quod celi: hoc firmamentum. Dies diei eructat verbum: et nox nocti annuntiat scientiam. Non cessatur: non tacet. Sed ubi predicauerunt: et quousque perueniunt: Non sunt loquere neque sermones: quorum non audiant voces eorum. Sed hoc pertinet ad id quod omnibus linguis locuti sunt in vna voce: omnibus linguis

locuti impleuerunt quod dictum est: Non sunt loquere neque sermones: quorum non audiant voces eorum. Sed quero ipsa vox in omnibus linguis: quousque peruenit: que impleuerunt. Audi ergo quod sequitur: In omnem terram exiit sonus eorum: et in fines orbis terra verba eorum. Quorum: nisi celorum quae enarrant gloriam dei. Ergo si in omnem terram exiit sonus eorum: et in fines orbis terra verba eorum: quid predicauerunt nobis: indicet nobis quae illos misit. Indicat plane: fideliter indicat: quia et antequam fierent predicat futura: ille cuius omnia opera in fide. Resurrexit enim a mortuis: et contractis membris suis agnitus a discipulis suis ait: Sportus pati christum et resurgere a mortuis tertia die: et predicari in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum. Unde et quousque: Per omnes gentes ait: incipientibus ab hierusalem. Quam misericordiam vobis omnes expectamus fratres verberationem a domino: nisi ut peccata nostra dimittantur. Cum ergo ea sit magna misericordia domini remissio peccatorum: et hanc remissionem peccatorum predicat dominus predicari per omnes gentes: Misericordia domini plena est terra. Unde plena est terra: Misericordia domini. Quare? Quia ubique dimittit peccata deus: quia misit celos quae terram conpluerent. Et quomodo autem sunt ipsi celi ire cum fiducia et ex hominibus infirmis celi fieri: nisi quia verbo domini celi solidati sunt: Unde enim haberet tantam virtutem oues inter lupos: nisi quia spiritu oris eius omnis virtus eorum? Ecce inquit: mitto vos sicut oues in medio luporum. O domine misericordissime certe hoc fac: ut misericordia tua plena sit terra. Si ergo misericors ut impleas terram misericordia: vide quos mittis: vide quae mittis. Quo inquam mittis et quos mittis? Oves in medio luporum. Unde lupus si mittat in medium innumerabilem ouium: quos ei resistit? Quid non turbat: nisi forte quia satiat? Nam omnia deuoraret. Mittis infirmos in seculos. Mittis inquit: quia celi sunt ut terram conpluant. Unde celi homines infirmi: Sed spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ecce lupi tenebunt vos et tradent vos: et offerent potestatibus propter nomen meum. Iam armate vos virtute vestra. Absit. Nolite cogitare quod loquamini: Non enim vos estis quae loquimini: sed spiritus patris vester quae loquitur in vobis: quia spiritus oris eius omnis virtus eorum. Facta sunt haec: missi sunt apostoli: protulerunt psalluras. Aliquid modo tantas ferimus ut audiamus haec: quatas illi ut seminare haec? Non. Ergo fratres infructuosus est labor noster: Non. Et ideo constipationem vestram: sed et vos videtis sudorem nostrum:

si toleramus et congregabimus. Ecce facta
 est illa. Ex illis ouibus missis in medio luporum:
 memorias martyrum celebramus. Locus
 iste quando martyr beati corporis percussus est
 lupis plenus erat: vicit tot lupos una ovibus
 capta: et impleuit locum ouibus occisis.
 Seuebat tunc mare ingentibus persecutibus flu-
 ctibus: ibat in aridam sitientem celum dei. Modo
 autem per illa que illi passi sunt: qui aciem ruperunt:
 glorificatus est nomen christi: occupauit etiam
 ipsas potestates ambulans super capita tumen-
 tum gurgitum. Et quia ista facta sunt: modo etiam
 que vident nondum credentes puenticula nostra:
 celebrationes: solemnitates: laudes iam mani-
 festas et publicas dei nostri: putant eos non
 dolere: putatis non fremere. Sed nunc imple-
 tur quod de illis dictum est: Peccator videbit et
 irascent. Quid ergo: quia irascent. Ne timeas
 ovibus lupum. Modo minas eorum et fremitus
 non timeatis. Irascent. Sed quod sequitur: Ven-
 tibus suis fradet et tabescet. Quia ergo modo
 falsa maris aqua que remansit in christianos se-
 uire non audet: occultum autem murmur rugit in
 se: et intra mortalem pellem fremit conclusa sal-
 sugo. Videte quid sequitur: **Congregas
 sicut in vitro aquas maris.** Cum ergo antea mare
 in martyrum liberum fluctibus seuebat: modo autem
 intra mortalia pectora inclusum amarum est:
 Ille fecit qui in illis vicit: que posuit tunc ma-
 ri terminos: ut in se remeantes diminuerent
 fluctus eius. Ipse congregauit velut in vitro
 aquas maris: ut mortalis pellem protegat ama-
 raz cogitationem. Timeas enim pellem sue: in-
 tus tenent quod non audent emittere. Nam ea-
 dem est amaritudo. Sic oderunt: sic detesta-
 tur. Sed quod tunc apte seuebat: nunc occulte:
 Quid aliud dicam quam quod dictum est: Fremet
 et tabescet. **Eat ergo ecclesia: ambulet.** Fa-
 cta est via: strata nostra ab impatore munita
 est. Ferueamus in itineribus bonorum operum:
 hoc est enim ambulare nostrum. Et si quando existunt
 temptationes: pressure: unde non sperabant: iam
 congregatis velut in vitro aquis maris: in-
 telligamus dominum facere hoc ad disciplinam: ut
 excutiat a nobis male pudentem de tempo-
 rali securitate: et dirigat nos in regnum suum
 composito desiderio. Quod desiderium tri-
 bulationibus hinc atque hinc contudenti-
 bus producit: ut simus canore auribus do-
 mini tanquam tube ductiles. **Victum est enim et
 hoc in psalmis: ut in tubis ductilibus lau-
 demus deum. Tuba ductilis malleo pro-
 ducitur: ita christianum cor in deum pressura
 rui plagis extendit. Meminerim ergo fra-**

tres iam his temporibus quibus congregata
 est velut in vitro aqua maris: non desse deo
 unde proferat quo nos emendet: cum emenda-
 tione nobis opus est. Ideo enim sequitur: **Do-
 nens in thesauris abyssos.** Thesaurum
 dei dicit secretum dei. Nouit ille omnium
 corda: quid ad tempus proferat: unde profe-
 rat: quantum potestate tribuat malis in bonos:
 ad iudicandos quidem malos: erudiendos
 autem bonos. Nouit quomodo hec agat que po-
 nit in thesaurum abyssos. **Fiet ergo quod se-
 quitur: Timeat dominum omnis ter-
 ra:** Non gloriatur superba leticia temeraria
 exultatione dicens: Jam congregata est ve-
 lut in vitro aqua maris: quis mihi aliquid
 facere audebit. Nescis quia posuit ille in
 thesauris abyssos: unde proferat quod
 opus est ad flagellandum te pater tuus: Qui
 quidem ad disciplinam tuam habet abyssum the-
 sauros: quibus te erudiat ad thesauros celo-
 rum. Ergo redi ad timorem qui iam ibas in
 securitate: Exultet terra: sed et timeat. Ex-
 ultet: **Quare: Quia misericordia domini ple-
 na est terra. Timeat: Quare: Quia sic con-
 gregauit in vitro aquas maris: ut poneret in
 thesauris abyssos. Fiet ergo in illa quod
 alibi breuiter vtriusque dicitur: Seruite do-
 mino in timore: et exultate ei cum tremore.
 Timeat dominum omnis terra. Ab ipso autem
 commoueant omnes qui inhabitant
 orbem.** Non timeant alterum pro illo. Ab
 ipso commoueant omnes qui inhabitant or-
 bem terre. **Fera seuit: deum time. Serpens
 insidiatur: deum time. Homo te odit: deum
 time. Diabolus te impugnat: deum time. To-
 ta enim creatura sub illo est que iuberis timere.**
**Quoniam ipse dixit et facta sunt: ipse ma-
 dauit et creata sunt.** Hoc in psalmo sequitur:
**Cum enim dixisset: Ab ipso commoueant omnes qui
 inhabitant orbem terre: ne puerteret se homo ad
 timendum aliquid: et auersus a timore dei: ti-
 meret pro illo aliquam creaturam: et adoraret quod
 factum est: dimisso qui fecit: confirmauit nos
 in timore dei: tanquam dicens nobis et allo-
 quens nos: Quid formidaturus es aliquid
 de celo: aliquid de terra: aliquid de mari:
 Ipse dixit et facta sunt: mandauit et creata
 sunt. Qui dixit: et facta sunt: mandauit et
 creata sunt: cum iubet mouentur: cum iubet
 quiescunt. Loquescit et malicia hominum:
 cupiditas hominum. Cupiditatem nocendi
 potest homo habere propriam: potestatem au-
 tem si ille non dat: non habet. Non est enim
 potestas nisi a deo. **Definitiva sententia****

Alia lra.
 † inhabitates.

apostoli est: nō dixit: non est cupiditas nisi a deo. Est em̄ mala cupiditas q̄ nō ē a deo: sed qz ip̄a mala cupiditas: nulli nocet si ille nō pmittat: nō ē inq̄t potestas nisi a deo. **U**si deus hō stans aī hoīem: nō haberes inq̄t: in me potestatem: nisi data fuisset tibi desup. Ille iudicabat: ille docebat. Cū iudicabat docebat: vt iudicaret q̄s docuerat. **N**ō haberes inq̄t: in me potestatem: nisi esset data tibi desup. **Q**uid ē hoc: **H**ō tñ nō habet potestatem: nisi cū acceperit desup. **Q**uid ip̄e diabolus: **A**usus est vel vnā oculā tollere viro sancto **J**ob: nisi pus diceret: mitte manū tuā: hoc est: da potestatem: Ille volebat: s̄ ille nō sinebat. **Q**ñ ille pmisit: ille potuit. **N**ō ergo ille potuit: sed q̄ pmisit. **I**deo bñ eruditus ip̄e **J**ob: nō ait sicut iam commemorare vobis solemus: dñs dedit et diabolus abstulit: sed dñs dedit: et dñs abstulit: **S**icut dño placuit: ita factū est: non sic diabolo placuit. **V**idete q̄ fratres mei cū tāto labore māducantes salub rē et vtilem panē: videte ne quēq̄ timeatis nisi dōminū: p̄ter eum ne timeatis aliū. **S**criptura tibi dicit: p̄inde timeat dñm oīs terra: q̄ posuit i thesaur̄ suis abyssos. **A**b ip̄o aut̄ pmoueant̄ vniuersa: et omnes q̄ inhabitat orbem terre: qm̄ ip̄e dixit: et facta sunt: ipse mādauit et creata sunt. **S**ed iā cessauerunt reges mali: facti sunt boni. **C**rediderunt et ip̄i signum crucis christi in fronte iam portant: p̄ciosius signū q̄ quelibet gēma diadematis. **I**lli qui seuerūt destructi sunt: s̄ q̄s fecit hoc: **F**orte tu vt extollas te! **D**ominus dissipauit cōsilia gentiū: reprobat aut̄ cogitationes populorum: et reprobat cōsilia principū. **Q**ñ dixerūt: **T**ollam⁹ eos de terra: nō erit nomē christianū si hoc fecerim⁹: sic occidant: sic torqueant: talia et talia illis infligant. **V**icta sunt hec: et inter hec creuit ecclia. **R**e-probat cogitationes p̄p̄oz: et reprobat cōsilia p̄ncipū. **C**ōsiliū v̄o dñi manet in eternū: cogitationes cordis eius in secula seculoz. **R**e-petitio sentētie ē. **Q**d aī ait: cōsiliū: s̄ ait postea: cogitationes cordis: et qd supra ait: manet in eternū: s̄ postea: in secula seculoz. **R**e-petitio cōfirmatio ē. **N**e aut̄ putetis fratres: qz dixit: cogitationes cordis: quasi sedere deū et cogitare qd agat: et exquirere cōsiliū faciendū aliqd vel nō faciendū. **T**ue sunt iste o homo tarditates: vsq̄ in velocitatē currit verbū eius. **Q**ñ potest mora esse cogitatiois i illo

Alia lra.
† dissipat.

Alia lra.
† autē.

verbo qd vnū est: et oīa cōplectif. **S**ed dicunt cogitationes dei: vt tu itelligas: vt f̄m te audeas erigere cor: vt ad verba tue infirmitati similia: qz res ip̄a multū est ad te. **C**ogitationes cordis eius in secula seculorū. **Q**ue sunt cogitationes cordis eius: et qd est cōsiliū dñi qd manet in eternū: **C**ōtra qd cōsiliū: **U**t quid fremuerūt gentes: et p̄p̄i meditati sunt inania: **Q**ñ quidē dominus reprobat cogitationes p̄p̄oz: et reprobat cōsilia principū. **U**nde igitur cōsiliū domini manet in eternū: nisi d nobis q̄s aī p̄sciuit et p̄destinauit: **Q**uis tollit p̄destinationem dei aī mūdi cōstitutionē: **V**idit nos: fecit nos: emēdauit nos: misit ad nos: redemit nos: hoc eius cōsiliū manet in eternū: hec eius cogitatio manet i secula seculoz. **F**remuerūt gentes apte fluctuantes et seuietes: cōtabelleat nūc tanq̄ incluse et cōgregate i vtre. **H**abuerūt liberas audacias: habeāt truces et amaras cogitationes. **Q**ñ p̄nt destruere qd ille cogitauit: et manet in eternū. **Q**uid est aut̄ b: **B**eata gens: **Q**uis est qui nō hoc audito erigat se: **A**mant em̄ omnes beatitudinē: et ideo pueri sunt homines: q̄ mali volunt esse: miseri nolūt. **E**t cū sit malicie indiuidua comes miseria: isti pueri nō solū mali esse volūt: et miseri nolunt: qd fieri nō pōt: sed iō volūt mali esse: ne miseri sint. **Q**uid est hoc qd dixi: iō volūt mali esse: ne miseri sint: **C**ōsiderate hoc paululū i omib⁹ homib⁹ q̄ male faciūt: beati semp eē volūt. **F**urtū facit: q̄ris quare: p̄pter famē: p̄pter necessitatē. **E**rgo ne miser sit mal⁹ ē: et iō miserior ē qz mal⁹ ē. **B**e-xillēde q̄ miserie cā: et acq̄rende b̄titudinis cā: faciūt oēs hoīes quicqd v̄l boni faciūt v̄l mali. **S**emp q̄ b̄ti esse volūt. **S**ive male viuētes: siue b̄ti viuētes: beati esse volunt et nō p̄tingit oib⁹ qd oēs esse volunt. **O**ēs em̄ beati esse volūt: nō aut̄ erūt nisi illi qui iuste eē voluerint. **E**t ecce nescio q̄s vt male faciat beatus vult esse. **U**nde: **E**x pecunia: et argēto: et auro: et prediis: fundis: domib⁹: mācipiis: pompa seculi: honore volatico et perituro: habēdo aliqd volūt beati esse. **Q**uere q̄ qd habeas: vt beat⁹ sis. **C**um em̄ beat⁹ fueris: melior vtiq̄ eris q̄ cū miser es. **F**ieri aut̄ nō pōt: vt res deterior te faciat meliorē. **H**ō es: deterior te ē q̄ quid cupis quo beat⁹ esse desideras. **A**urū: argentū: quelibet corpora quib⁹ in bias acq̄rendis: possidēdis: fruendis: inferiora sunt te. **T**u melior es: tu fortior es: et vtiq̄

vis melior esse q̄ es: cū beatus esse vis q̄ miser es. **Meli** est em̄ utiq̄ beatus esse q̄ miserū. **Uis** esse melior te z queris: p̄quir̄ p̄ que id fiat: deteriora te. **Quicq̄d** quesieris in terra: deterio^r est q̄ tu. **Hoc** ois homo optat amico suo: sic eū adiurat: sic melior sis: sic meliorē te videamus: sic de te meliore gaudeamus. **Qd** optat hoc: z ipse vult. **Accipe** ergo fidele cōsiliū. **Melior** te vis esse noui: oēs nouimus: oēs volum^{us}: quere qd est melius te: vt inde efficiar̄ melior te. **Intue** nūc celū z terrā: nō tibi sic h̄ pulchra corpora placeāt: vt eis fieri beatus velis. **In** animo ē qd queris: **Beat** em̄ esse vis. **Ipso** animo tuo quere qd sit melius. **Cum** n. duo sint quedā: hoc est animus z corpus: eo q̄ istū duob^{us} illud melius sit qd animus dicit: pōt corpus tuū melius fieri p̄ meliorē: qz subiectū est corpus animo. **Pōt** ergo melius fieri corpus tuū per animū tuū: vt cū fuerit iustus anim^{us} tuus: sit postea imortale etiā corpus tuū. **Per** animi. n. illuminationē meretur corpus incorruptionē: vt fiat inferioris repatio p̄ meliorem. **Si** ergo corporis tui bonū anim^{us} est: qz corpore tuo melior est: cū queris bonū tuū: illud quere qd melius est animo tuo. **Quid** est aut̄ anim^{us} tuus attende: ne forte cōtēnens animū tuū: z putās nescio quid esse vile z abiectū: viliora queras quib^{us} beartificet̄ animus tuus. **In** animo tuo ē imago dei: mens hoīs capit eā. **Accept** eā: et inclinādo se ad peccatū decolorauit eam. **Ipse** ad eā venit reformator qui erat eius ante formator: qz per verbū facta sunt omnia: z p̄ verbū impressa est hec imago. **Venit** ipm̄ verbū: vt audirem^{us} ab **Ap̄lo**: **Reformamini** in nouitate mentis vestre. **Iaz** ergo sup̄est: vt queras quid sit meli^{us} q̄ animus tuus. **Quid** erit obsecro: nisi de^{us} tu^{us}? **Nō** inuenis aliqd meli^{us} animo tuo: qz cuz fuerit perfecta natura tua: angelis equabitur. **Fam** supra nō est nisi creator. **Erige** te ad illū: noli desperare: noli dicere: multū ē ad me. **Magis** multū est ad te h̄re aurum qd queris. **Aurū** z si volueris forte nō habebis: deū cū volueris habebis: qz z añq̄ velis venit ad te: z cū auersa volūtate es: ses vocauit te: z cū conuersus esses terruit te: z cū territus cōfitereris: p̄solatus est te. **Ite** qui tibi p̄stitit oia: iste q̄ fecit vt esses: qui cū his qui tecū sunt etiā malis p̄stat solem: prestat pluuiā: p̄stat fructus: fontes: vitā: salutē: tantas p̄solationes: seruat tibi

 deret p̄beta dei Heliseus: clamabāt post
 eum pueri irridentes: ascende calue ascē-
 de calue. Ille aut nō tam crudeliter: q; my-
 stice fecit illos pueros ab vris exeuntibus
 deuorari. Si nō deuoraret illi pueri: nūqd
 vsq; adhuc viuerēt: Aut nō possent morta-
 les nati etiā febre intercipi: Mysterium in
 eis tñ nō ostenderet vbi posteri terrerent.
 Nemo ergo irrideat crucez domini: iudei
 sunt possessi a demonibus & deuorati. Nā
 in caluarie loco crucifigētes christū & leuā-
 tes in crucem: tanq; ipi dicebant sensu pu-
 erili: nō intelligētes quid loquerētur: ascē-
 de calue. Quid est em ascende: Crucifige
 crucifige. Proponitur em puericia ad imi-
 tandā humilitatez: & item pponitur pueri-
 cia ad cauendā fatuitatē. Proposita pue-
 ricia ad imitandā humilitatē a domino est:
 qñ vocauit ad se pueros: & cū p̄hiberētur
 ab illo dixit: Sinite eos venire ad me: tali-
 um est enim regnū celozū. Propositū ex-
 exemplū puericie ad cauendā fatuitatem
 ab Apostolo est: Fratres nolite pueri esse
 sensibus. Et rursū pponit ad imitandū:
 sed malicia infantes estote: vt mentib⁹ per-
 fecti sitis. Pro filijs chore psalmus canit.
 Ergo p christianis cātatus est. Audiam⁹
 euz tanq; filij sponsi illius: quē pueri insen-
 sati in caluarie loco crucifixerūt. Illi vero
 meruerunt a bestijs deuorari: nos ab an-
 gelis coronari. Agnoscimus em humilita-
 tem domini nostri: & nō de illa erubescim⁹.
 Non erubescimus de illo appellato mysti-
 ce caluo: ppter caluarie locum. Ipsa em
 cruce in qua illi insultatū est: non permisit
 caluam esse frontē nostrā: quia eam suo li-

gno signauit. Benignus vt nouent: quia no-
 bis dicunt hec: videte quid dicat.

Expositio psalmi.

Omnēs gentes plaudite ma-
 nibus: Nunquā populus iude-
 ozū omnes gentes erant: Sed ce-
 citas ex parte israel facta ē: vt pueri insen-
 sati clamaret: calue calue: atq; ita domi-
 n⁹ crucifigere in caluarie loco: & sanguine su-
 so gētes redimeret: & impleretur quod ait
 Apostolus: Cecitas ex parte israel facta ē:
 vt plenitudo gentū intraret. Insultent er-
 go vani: & hebetes: & insensati: & dicant cal-
 ue calue. Vos aut sanguine illi⁹ redempti
 qui susus est in caluarie loco: omnes gen-
 tes plaudite manib⁹: puenisse ad vos gra-
 tiā dei. Plaudite manib⁹. Quid est plau-
 dite: Gaudete. S; quare manibus: Quia
 bonis operib⁹. Ne gaudeatis ore & cesset
 manibus: si gaudetis: plaudite manibus.
 Manus gentū videat: qui gaudia dona-
 re dignatus est. Quid est man⁹ gentū: Fa-
 cta bene operantiū. Omnes gentes plau-
 dite manibus. Jubilate deo in voce
exultationis. Et voce & manibus. Si
 tñ voce: nō bene: qz pigre sūt manus. Si
 tñ manibus: nec hoc bñ: quia muta est lin-
 gua. Cōcordent manus & lingua. Illa cō-
 fiteat: ille operetur. Jubilate deo in voce
exultationis. Quoniam dominus excel-
sus terribilis: Excelsus ille quasi irri-
 bilis: ascendēdo i celū factus ē terribilis.
Rex magnus sup omne terrā. Nō
 tñ sup iudeos: nā & super illos rex. Inde
 em & apli crediderūt: inde & mltā milia ho-
 minū res suas vendiderūt: & p̄cia ad pe-
 des aplozū posuerūt: & impletū est in illis:
 qd erat in titulo crucis conscriptū: rex iu-
 deozū. Rex est em & iudeozū: sed parū est
 iudeoz. Omnes gētes plaudite manib⁹:
 qñ rex ois terre x⁹. Nō em illi sufficit vnā
 gentē habere sub se: iō tñ precū ex latere
 dedit vt emeret orbem terrarū. Subie-
cit plebes nobis: & gentes sub pe-
didibus nostris. Quas subiecit: & quib⁹
 subiecit: Qui sunt qui loquūtur: Forte iu-
 dei: plane si apostoli: plane si sancti. Quis
 em deus subiecit plebes & gētes: vt hodie
 honorarent in gentibus: Qui a suis ciui-
 bus occidi meruerūt: quō dñs eozū occi-
 sus est a ciuib⁹: & honorat a gentib⁹: cru-
 cifixus a suis: honoratur ab alienis: sed p̄-
 cio facti sui. Iō em erit nos: vt alieni ab
 eo nō essemus. Putate ḡ voces esse aplo-

Alia isa
 t plos.

rum: subiecit plebes nobis: et gētes sub pedibus nostris. Nescio: mirū si apostoli tam superbe loquerentur ut gauderent gentes esse politas sub pedibus suis: ad est christianos sub pedibus apostolorū. Etenim apostoli gaudent nos secū esse sub pedibus illius qui mortuus est pro nobis. Nam sub pedibus Pauli currebāt qui volebāt esse Pauli: et dicebat eis: Nūquid Paulus pro vobis crucifixus est: Quid ergo h. Quid accepturi sumus: subiecit plebes nobis: et gentes sub pedibus nostris: Omnes pertinentes ad hereditatē christi: in omnibus gentibus sunt: et omnes nō pertinentes ad hereditatē christi in omnibus gentibus sunt: ut videas sic exaltari in nomine christi ecclesiaz christi: ut omnes nōdū credētes in christo: sub pedibus iaceat christianorum. Quāti enim nō currūt ad ecclesiā nondū christiani: rogāt auxiliū ecclesie: subueniri sibi temporaliter volunt: etiā si in eternū nobiscū regnare adhuc nolunt. Cū omnes querūt auxiliū ecclesie: et qui nōdū sunt in ecclesia: nōne subiecit plebes et gētes sub pedibus nostris: **Elegit nobis hereditatē suam: specie Jacob quā dilexit.** Pulchritudinem quādā Jacob elegit nobis: hereditatē suā Jacob. Duo fratres erāt Esau et Jacob: in utero matris ambo p̄fligebāt: et de p̄flictu viscera materna quatiebāt: et ibi cū duo essent: electus est minor: et p̄positus ē maior: et dictū est: duo p̄fili sunt in utero tuo: et maior seruiet minori. Per oēs gentes maior: pro omnes gētes minor. Sed minor in bonis christianis: electis: p̄ijs: fidelibus. maior in superbis: indignis peccatoribus: p̄tumacibus: sua peccata defendētib⁹ magis quā cōfitentibus: qualis etiā ipse populus iudeorum fuit: ignorans dei iusticiā: et suā volens cōstituere. Sed quod dictū est: maior seruiet minori: manifestū est: quod p̄ijs subdentur impij: et humilibus subdentur superbi. Prior natus est Esau: et posterior natus est Jacob: sed qui posterius natus est: p̄latus est primo nato quod per gulam perdidit primogenita sua. Sic habes scriptū: **Desiderauit lenticulā: et ait illi frater ei⁹: Si vis ut dem tibi: da mihi primogenita tua.** Ille plus amauit quod corporaliter cōcupierat: quā quod spiritualiter p̄uis nascendo meruerat: et deposuit primogenita sua ut manducaret lenticulā. Lenticulam autē inuenimus cibū esse egyptiorum: Nam ibi abundat in egypto: unde magnificat lenticula alexandrina: et venit vsq; ad

terras nostras: quasi hic nō nascatur lenticula. Ergo desiderando cibū egyptiū: perdidit primatū. Sic et populus iudeorum: de quo dictū est: **uersi sunt corde in egyptū lenticulā quodāmodo desiderauerūt: et primatū perdidērūt.** Elegit nobis hereditatē suā: specie Jacob quā dilexit. **Ascendit deus in iubilatione: Ipse ille dominus noster Iesus christus ascendit in iubilatiōe. Dñs in voce tube. Ascendit. Quo: nisi quo scim⁹: Quo eū iudei nō sūt secuti nec oculis. In cruce enim exaltatū irriserūt: in celū ascendētē nō viderūt. Ascendit de⁹ in iubilatiōe. Quid est iubilatio: nisi admiratio gaudij: quod verbis nō potest explicari: Quō admirati sūt gaudentes discipuli: vidētes ire in celū: quē plāxerūt mortuū: Reuera quod gaudio huius vba si sufficiebāt: restabat iubilare quod nemo potuit explicare. Ibi erat et vox tube: vox illa angelorum. Dicitū est enim: sicut tuba exalta vocē tuā. Predicauerūt angeli ascensionem dñi: viderūt discipulos ascendēte dño herentes: admirātes: stupentes: nihil dicētes: sed corde iubilātes. Et vox iam tube in clara voce angelorum. Turi galilei quid hic statis: Hic est Iesus: Quasi illi non scirent quod ipse esset Iesus: ante se. Paulo ante eū nō viderāt: secū loquentē nō audierāt: Nepe nō solū specie viderūt p̄sentis: sed et mēbra contrectauerūt. Ipsi ergo nesciebant quod ipse esset Iesus: Sed admiratione ipsa pro gaudio iubilationis tanquā mente alienatis: loquitur angeli: ipse est Iesus: Quasi si creditis illi: quo crucifixo nutauerunt vobis pedes: quo occiso et sepulto spem vobis perdidisse putabatis: ecce ipse ē Iesus. Ascendit ante vos: sic veniet quemadmodū eū videtis euntem in celū. Tollitur quidem corpus ab oculis vestris: sed non separat deus a cordibus vestris. Glidete ascendētes: credite in absentē: sperate venientem: sed tamen per misericordiā occultā etiam sentire presentē. Ille enim qui ascendit in celum: ut tolleretur ab oculis vestris: promisit vobis dicens: **Ecce ego vobiscū usq; vsq; in p̄sumptionē seculi.** Merito et Apostolus sic nos alloquebāt: **Domine in primo est: nihil solliciti fueritis: Sedet super celos christ⁹: et longe sunt celi: et ipse qui ibi sedet p̄pe est. Dñs in voce tube. Ergo vos filij chore: iā si intellexistis vos: et inspicit h vos: gaudetis: quod videt h vos.** **Psallite deo vestro: psallite.** Quē tanquā**

Alia lra
iubilo.

Alia lra
sequem.

† fm alia lram
addit: psallite
regi nostro
psallite.

dominē irriserūt: qui a deo alienati sūt psal-
 lite deo nostro. **Nō** em̄ homo tantū: sed et
 de^o. **Homo** ex semine **Bauid:** de^o domin^o
Bauid: ex iudeis carnē habens: quoz pa-
 tres: aut **Aplō:** et ex quib^o christus fm̄ car-
 nem. **Ex iudeis** ḡ christus: sed fm̄ carnez.
Quis aut̄ iste christ^o q̄ ē ex iudeis fm̄ car-
 nem: **Qui** est sup̄ omnia de^o benedict^o in
 secula. **Deus** ante carnē: deus in carne: de-
 us cū carne. **Nec** solū ante carnē de^o: sed
 an̄ terrā deus: vñ facta ē caro: nec tm̄ ante
 terrā deus vñ caro facta est: sed etiā an̄ ce-
 lum de^o qđ prius factū est. **Ante** diē deus
 qđ prim^o fact^o ē: an̄ oēs āgelos de^o: in se chri-
 stus de^o: qm̄ in p̄ncipio erat verbū: et ver-
 bū erat apud deū: et deus erat verbuz: oīa
 p̄ ipsuz facta sunt: et sine ip̄o factū est nihil.
Ille est an̄ oīa: p̄ quē facta sunt oīa. **Psal-**
lite ḡ: deo nostro psallite. **Qm̄ rex om-**
nis terre deus: **Quid** em̄: **Et** ante non
 oīs terre de^o: **Nōne** celi et terre deus: cū vti
 q̄ p̄ illū facta sunt omnia: **Quis** posset di-
 cere nō esse deū suū: **Sed** nō omnes hoīes
 agnouerūt deū suū: et vbi agnoscebat: qua-
 si ibi tm̄ deus erat. **Notus** in iudea de^o: nō
 dū filijs chore dicebat: oēs gentes plaudi-
 te manib^o. **Ille** em̄ deus not^o in iudea: rex
 omnis terre deus est. **Nā** ab omnib^o agno-
 scitur: qz impletū ē qđ dicit **Esaias:** **Ipe** de-
 us tu^o qui eruit te: vniuerse terre de^o voca-
 bitur. **Qm̄ rex omnis terre de^o:** **Psallite**
intelligenter. **Bocet** nos et admonet
 nos vt psallamus intelligēter: nō queram^o
 sonū auris: sed lumē cordis. **Psallite** inq̄t
 intelligenter. **Gentes** vnde vocate est: vt
 christiani essetis: **Adorabāt** deos manufa-
 ctos: et psallebāt illis: sed nō intelligenter.
Si intelligenter cantarēt: lapides nō ado-
 rarent. **Qm̄** homo sensat^o cantabat lapidi
 insensato: nunquid intelligenter cātabat:
Adodo aut̄ fratres nō videm^o oculis quē
 adoram^o: et tm̄ correcti adoram^o. **Adulto-**
magis nobis de^o cōmēdat potētior: qz cū
 oculis nō videm^o. **Si** cū oculis viderem^o
 forte cōtemnerem^o. **Nā** et christū iudei vi-
 sum contempserūt: nō visum gētes adoraue-
 rūt. **Illis** em̄ dictū est: psallite intelligēter:
 nolite esse sicut equus et mulus in quibus
 nō est intellectus. **Regnabit** **domi-**
nus sup̄ omnes gentes: **Qui** regna-
 bat sup̄ vnam gentē: regnabit inquit sup̄
 oēs gētes. **Quādo** dicebantur ista: super
 vñā gentem regnabat deus: p̄phetia erat
 nondū res demōstrabatur. **Deo** gratias:

iam videmus impleri quod ante p̄beta-
 batur. **Chirographū** deus ante t̄pus scri-
 psit nobis: impleto t̄pe reddidit nob. **Reg-**
nabit de^o super omnes gētes: p̄missio est.
Deus sedet sup̄ sedē sanctam suā.
Quod tūc p̄mittebat futurū: nūc impletū
 agnoscitur et tenetur. **Deus** sedet sup̄ sedē
 sanctā suā. **Que** sedes ei^o sancta: **Forlitan**
 celi: et bñ intelligit. **Ascēdit** em̄ christus si-
 cut nouimus cū corpe in quo crucifix^o est:
 et sedet ad dexterā patris: unde eū venturū
 expectam^o ad iudicandos viuos et mortu-
 os. **Sedet** sup̄ sedē sanctā suā. **Celi** sunt se-
 des sancta ei^o. **Tu** et tu esse sedes ei^o: **No-**
li putare te esse nō posse. **Para** illi locū in
 corde tuo: venit et libēter sedet. **Ipe** certe
 est dei virt^o et dei sapiētia. **Et** qđ dicit scri-
 ptura de ipsa sapiētia: **Aia** iusti sedes sapi-
 entie. **Si** ḡ aia iusti sedes ē sapiētie: sit aia
 tua iusta: et eris regalis sella sapiētie. **Et** re-
 uera fratres oēs hoīes qui bñ viuūt: qđ bñ
 agunt fm̄ caritatē piā cōuersant: nōne de-
 us in illis sedet: et ip̄e iubet: **Obtēpat** ani-
 ma sedenti in se deo: et ipsa iubet membr̄.
Anima em̄ tua iubet mēbro tuo: quo mo-
 ueatur pes: qđ manus: quo oculus: quo au-
 ris: et iubet ip̄a mēbris tanq̄ famulis suis:
 sed et ip̄a seruit interi^o in fidēti sibi dño suo:
Non pōt inferiori se bñ imperare: nisi supe-
 riori se non fuerit dedignata seruire. **Be^o**
 sedet sup̄ sedē sanctā suā. **Principes**
populorū cōuenerūt cū deo **Abra-**
am. **Deus** **Abra** et deus **Isaac** et de^o **Ja-**
cob. **Verū** ē: dixit hoc de^o: et sup̄bierūt in-
 de iudei: et dixerūt: **Nos** filij **Abrae** sum^o.
Sup̄bientes de noīe paterno: gerētes ei^o
 carnē: nō tenētes ei^o fidē: semini adheren-
 tes: morib^o degenerātes. **Beniqz** dñs qđ
 ait eis ita sup̄bientibus: **Si** filij **Abrae**
 estis: facta **Abrae** facite. **Ite** quid illis di-
 cit **Ioannes** venientibus et cōtremiscenti-
 bus quibusdā ip̄sorū: qui se penitēdo cor-
 rigere voluerūt: **Progenies** viperarum.
Erāt em̄ unq̄: erāt pditi: erāt pctōres: erāt
 impij: venerūt ad baptismū **Ioannis.** **Et**
 quid eis dicit: **Progenies** viperarū. **Illi**
 se dicebāt filios **Abrae:** et ip̄e illos dicebat
 filios viperarū. **Nunquid** **Abraam** vipe-
 ra erat: **Sed** quia male viuendo demones
 imitati erant: et eoz filij facti erant: quos
 imitando male viuēbāt: **Progenies** inq̄t
 viperarū: quis vobis ostēdit fugere ab ira
 ventura: **Facite** ergo fructū dignum peni-
 tentie: et nolite dicere apud vosmetip̄os:

Alia fra.
 f sapienter

Alia fra.
 f deus
 f nō habet

Alia fra
 f cōgrega

patrem habemus Abraam: quasi supbire de
 genē abrae. **P**otēs ē em̄ deus de lapidib⁹
 istis suscitare filios abrae. **N**ō em̄ remā-
 sur⁹ est abraā sine filijs si vos damnarent
 de⁹: pōt em̄ ⁊ dānare q̄s odit: ⁊ illi reddere
 qd̄ pmisit. **E**t vñ illi redditur ē filios: si dā-
 naret hebreos de carne ei⁹ p̄genitos. **B**e-
 lapidib⁹ istis: on̄debat illis lapides i here-
 mo. **Q**ui erāt lapides nisi gentes: que lapi-
 des adorabāt. **L**apides q̄re: Adorādo la-
 pides: dicti erāt lapides: qz psalm⁹ p̄dix-
 rat: filijs illis fuit q̄ faciūt ea: ⁊ oēs q̄ p̄fidūt
 in eis. **I**n de ip̄is lapidib⁹ reddidit filios
 abrae. **N**ō om̄es q̄ lapides adorabam⁹
 cōuersi ad dñm filij abrae facti sum⁹: non
 ducēdo ab illo carnē s̄ imitādo fidē. **P**rin-
 cipes q̄ p̄p̄oz cōuenerunt cū deo abraā.
Prinicipes p̄p̄oz: gentiū p̄ncipes: nō vñ
 p̄p̄i p̄ncipes: sed p̄ncipes p̄p̄oz om̄iū cō-
 uenerūt cū deo abraā. **E**t ip̄is p̄ncipibus
 erat ⁊ iste Lēturio: de quo mō euāgelistū cū
 legeret audistis. **E**rat em̄ Lēturio habens
 honorē ⁊ potestātē int̄ hoies: p̄nceps erat
 de p̄ncipib⁹ p̄p̄oz. **V**eniēt ad se christo
 obuiā misit amicos suos: imo vō trāsituro
 christo misit amicos et rogauit: vt curaret
 puerū eius qui piculose infirmabat: ⁊ cum
 vellet ip̄e dñs venire: b̄ ei mādauit: **N**ō sū
 dignus vt sub tectū meū intres: sed tm̄ dic
 verbo ⁊ sanabitur puer meus. **N**am ⁊ ego
 hō sum sub potestate p̄stitut⁹: habēs s̄ me
 milites. **Q**uidete quēadmodū tenuit ordi-
 nē. **P**rius cōmemorauit qd̄ sub alio esset:
 ⁊ postea qd̄ alij sub illo eēt. **S**ub potesta-
 te sum: ⁊ i potestate sum. **E**t sub aliquo sū:
 ⁊ sup aliq̄s sum. **E**t dico huic vade: et va-
 dit: ⁊ alio venit: ⁊ venit: ⁊ seruo meo fac hoc
 ⁊ facit. **T**anq̄ diceret: **S**i ego sub potesta-
 te p̄stitut⁹ iubeo illis q̄ sub me sunt: tu q̄ s̄
 nulli⁹ p̄tate posit⁹ es: nō potes iubere cre-
 ature tue: qñ oīa p̄ te facta sunt: ⁊ sine te fa-
 ctum est nihil. **H**ic q̄ verbo inq̄t: ⁊ sanabit
 puer me⁹. **N**ā vt i domū meā intres nō sū
 dign⁹. **T**repidauit christū mittere intra pa-
 rietes suos: ⁊ iā int⁹ erat i corde eius: **I**am
 erat aīa eius sedes illius: iā ibi sedebat ille
 q̄ hūiles req̄rebat. **C**ōuersus deniqz christ⁹
 mirat⁹ ē: ⁊ ait sequētib⁹ se: **A**men dico vo-
 bis: nō iuēni tantā fidē in israel. **E**t sic ali⁹
 euāgelista eādē rē narrat: sequit dñs ⁊ dicit:
Ideo dico vobis: qz multi ab oriēte ⁊ occi-
 dente veniēt ⁊ recūbent cū abraā ⁊ isaac
 ⁊ jacob in regno celozū. **I**ste em̄ Lēturio
 nō erat de p̄p̄o isrl. **N**ā in p̄p̄o isrl supbi

repellabāt a se deū: in p̄ncipib⁹ gentiū inuē-
 tus est hūilis qui ad se inuitaret deū. **A**d-
 mirās **J**esus fidē ip̄ius: reprobat p̄fidiam
 iudeozum. **S**ani em̄ sibi videbant: ⁊ cum
 piculosius egrotarent: quādo medicū nō
 cognoscētes occidebant. **C**um ergo repro-
 baret ⁊ repudiaret illoz supbiaz: quid ait:
Ideo vobis dico: quia multi ab oriente et
 occidēte veniēt: nō p̄tinentes ad cognatio-
 nē israel. **V**eniēt m̄ti quib⁹ dicit: **O**ēs gē-
 tes plaudite manib⁹: et recūbēt cū abraā
 in regno celozū. **N**ō illos genuit carne sua
 abraā: ⁊ venientes recūbent cū illo in re-
 gno celozum: ⁊ filij ipsius erūt. **Q**uare filij
 ip̄ius: **N**on nati de carne: sed sequēdo fidē
 ip̄ius. **F**ilij autē regni: id iudei ibūt i tene-
 bras exteriores: illic erit ploratio et stridor
 dentū. **D**amnabunt in tenebras extero-
 res qui nati sunt de carne abrae. **E**t recū-
 bent cum eo in regno celoz: qui imitati sūt
 fidē abrae. **M**erito q̄ ⁊ hic principes po-
 puloz cōuenerūt cū deo abraā. **E**t qd̄ illi
 p̄tinebant ad deum abraam. **Q**uoniā
dij fortes terre valde eleuati sunt. **Q**ui
 erant dij: **P**opulus ille dei: vitis illa
 dei: de qua dicit: **J**udicate inter me ⁊ inter
 vineā meā: ibunt in tenebras exteriores:
 nō recūbent cū abraā ⁊ isaac ⁊ jacob:
 nō cōueniunt cum deo abraam. **Q**uare:
Quoniā dij fortes terre. **I**lli qui erant dij
 fortes terre: p̄sumentes de terra. **B**e q̄ ter-
 ra: **B**e seip̄is: qz om̄is homo terra. **H**o-
 mini em̄ dictū est: **T**erra es ⁊ in terrā ibis.
Bebet autē homo de deo p̄sumere: et inde
 sperare auxilium: non de se. **N**on em̄ terra
 pluit sibi aut lucet sibi. **Q**uomō autē terra
 de celo expectat pluuiā aut lucē: sic homo
 de deo debet expectare misericordiā ⁊ ve-
 ritates. **I**lli ergo fortes terre valde eleuati
 sunt: id est valde supbierunt: non sibi me-
 dicum necessariū putauerūt: ⁊ ideo in sua
 egritudine remanserūt: ⁊ ip̄a egritudine ad
 mortē p̄ducti sunt. **P**recisi sunt rami natu-
 rales: vt humilis insereretur oleaster. **Q**ñ
 dij fortes terre valde eleuati sunt. **T**enea-
 mus ergo fratres humilitatē: caritatē: pie-
 tatem: quia reuocati sumus illis reproba-
 tis: vel illoz exemplo supbire timeam⁹:
 admoniti.

Explicit Tractatus de ps. XLVI.

Incipit Tractatus de ps. XLVII.

Titulus psalmi est: **L**aus canti-
 ci filijs chore secūda sabbat-
 ti. **B**e hoc qd̄ dominus donare

*Alla lra.
 ⁊ veb emēter.*

dignabit: excipite tanq̄ filij firmamēti. Se-
cūda enim sabbati: id est post diem primū
quem dominicū dicim⁹: que etiā secūda fe-
ria dicitur: factum est firmamētū celi: imo
firmamentū celum. Celū enī vocauit deus
firmamentū. Primo autē die lucē fecerat:
z a tenebris diuiserat: z vocauerat lucē diē
z tenebras noctē. Sicut autē iudicat psal-
mi hui⁹ cōtextio: aliquid etiā p̄locutus est
deus in illo ope suo: qđ cōpleret in nobis
cum gaudio: z fm̄ hui⁹ creature cōditionē
secula cucurrerūt. Nō frustra enī domi-
n⁹ ait de Moyse: de me enī ille scripsit: nisi qz
oīa que scripta sunt etiā cum deus cōderet
creaturā: possunt interpretari ad signifi-
cōnē futuroz: vt intelligas deū fecisse lucē:
cuz christus a mortuis resurrexisset. Tunc
enī reuera illa lux diuisa est a tenebris: qñ
imortalitas a mortalitate discreta ē. Quid
ergo sequit: nisi vt capiti etiā corpus fieret
qđ est ecclia: **B**eniq̄ enī etiā ps̄. de prima
sabbati: in q̄ aptissime resurrectio dñi de-
clarat. **I**bi enī dicit: Tollite portas p̄nci-
pes vias: z eleuamini porte eternales: et i-
troibit rex glorie. Quid euidentus q̄z chri-
stū esse regem glorie: **B**e quo dictū est: **S**i
cognouissent: nunq̄z dominū glorie cruci-
fixissent. **S**ecūda ergo sabbati nō debem⁹
intelligere: nisi eccliam christi: sed eccliam
christi in sanctis: eccliam christi in his qui
scripti sunt i celo: eccliam christi in his qui
mūdi hui⁹ temptationib⁹ non cedunt. **I**pi
enī digni sunt nomie firmamēti. **E**rgo ec-
clesia christi in his qui firmi sunt: de quib⁹
dicit apostol⁹: **B**ebem⁹ autē nos firmi: in-
firmitates infirmoz sustinere: appellata est
firmamentuz. **B**e hac cantat in hoc psal-
mo. **A**udiam⁹: agnoscam⁹: sociemur: glo-
riemur: regnemus. **N**āq̄z eam etiam firma-
mentū apostolicis litteris appellataz: audi
z agnosce. **Q**ue ē inqt ecclia dei viui: co-
lumna: z firmamentū veritatis. **B**e hoc fir-
mamento cantat filijs chore: quos nostis
esse filios sponsi crucifixi in caluarie loco.
Chore nāq̄z caluiciū interpretatur. **S**equit
in hoc psalmo: qui inscribitur secūda sab-
bati.

Expositio psalmi.

Alia lra.
i nimis.

Magnus domin⁹ z laudabi-
lis valde: **E**cce magnus domi-
nus z laudabilis valde. **S**z nun-
quid infideles laudant dominū: **N**ūquid
etiā qui credunt et male viuunt laudant
dominū: **P**er quos fit vt nomen dei blas-

phemet i gētib⁹: nūqd laudāt dñm: **A**n vō
si etiā laudēt: acceptat laus eoz: cum scri-
ptum sit: **N**ō est speciosa laus in ore pecca-
toris: **B**ixisti ergo: **M**agn⁹ domin⁹ z lau-
dabilis valde: s̄ dic vbi. **I**n ciuitate dei
nostri: in mōte sancto eius. **B**e hoc
alibi dicit: **Q**uis ascendet in montē domi-
ni: **I**nnocens manib⁹ z mūdus corde. **I**n
his magnus domin⁹ z laudabilis valde: s̄
est i ciuitate dei nostri in monte sancto ei⁹.
Hec est ciuitas in mōte posita: que absco-
di nō potest. **H**ec est lucerna que sub mo-
dio non occultat omnibus nota: omnibus
diffamata. **N**on autē vniuersi ciues ei⁹ sūt:
sed illi in quib⁹ magnus domin⁹ z lauda-
bilis valde. **Q**ue est ergo ista ciuitas vide-
amus: ne forte quia dictū est: **I**n ciuitate
dei nostri in monte sancto eius: debeamus
querere istū montē: vbi etiā exaudiri possi-
mus. **N**on enī frustra dicit in alio psalmo:
Voce mea ad dominū clamau: z exaudi-
uit me de monte sancto suo. **A**diuuat ergo
te mons iste vt exaudireris. **N**am si in euz
non ascēderes: infra iacens: clamare pos-
ses: s̄ exaudiri nō posses. **Q**uis ē ergo iste
mons fratres: **M**agna cura inquirendus:
magna sollicitudine inuestigand⁹: labore
etiā occupandus z ascēdend⁹. **S**ed si i ali-
qua parte terrarū est: quid faciem⁹: **P**ere-
grinabimur de terra nostra: vt ad illū mō-
tem puenire possim⁹: **I**mmo vō tūc pegri-
nabimur: si in illo non sum⁹. **I**psa est enim
ciuitas nostra: si membra regis sumus: qui
caput est ciuitatis ipsius. **U**bi est ergo iste
mons: **S**i regionem aliquā tenuit: laborā-
dum est: vt dixi: vt ad eum pueniatur. **S**z
quid satagis: **U**tinā nō sis piger ascēdere
in montē: quō mons non fuit tardus veni-
re ad dormientē. **F**uit enī quidā lapis an-
gularis cōtemptibilis: in quē iudei offen-
derunt: precisus est de quodā monte sine
manibus: hoc est de regno iudeozū veni-
ens sine manibus: quia humanū opus nō
accessit ad **M**ariā de qua natus est chri-
stus. **S**ed si lapis iste vbi in eum offende-
runt iudei ibi remaneret: tu quo ascēderes
nō haberes. **Q**uid autē factum est: **Q**uid
dicit p̄phetia **B**anielis: **Q**uid nisi qz cre-
uit lapis iste: et factus est mons magnus:
Magnus: **I**ta vt impleret vniuersam
faciem terre. **E**rgo crescendo mons iste: et
implēdo vniuersam faciem terre: venit ad
nos. **Q**uid ergo montem quasi absentem
querim⁹: z non in p̄sentem iam ascēdimus

Alia lra.
fundat.
mons.

vt sit in nobis magnus dominus et laudabilis valde: **B**enignus ne istum montem non agnosceres: et in hoc psalmo: et in aliqua parte terrarum querendum existimares: vide quid sequitur: **L**uz dixisset in ciuitate dei nostri in monte sancto eius: quid addidit. // **B**ilatans exultatio de vniuersa terre: **M**ontes syon. **S**yon vniuersus mons est. **Q**uid ergo montes. **A**n quia ad syon pertinerunt: etiam qui de diuerso venerunt: vt sibi occurrerent in lapidem angularem: et fierent illi duo parietes tanquam duo montes: vnus ex circumscriptione: alter ex propicio: vnus ex iudeis: alter ex gentibus: non iam aduersi et diuersi: quia ex diuerso iam in angulo nec diuersi. **I**psa est enim inquit: pax nostra: qui fecit utraque vnum. **I**lle ipse angularis lapis quem reprobauerunt edificantes: hoc factus est in caput anguli. **D**uos iuxta in se. **D**os et montes: vna domus et due domus. **B**one propter ex diuerso venientes: vna propter lapidem angularem in quo sibi ambe copulant. **A**udi et hoc: **M**ontes syon. **L**atera aquilonis ciuitas regis magni. **I**ntenderas. n. tu syon tanquam vnum locum: vbi condita est hierusalem: et in ea tibi non occurrebat: nisi populus ex circumscriptione: qui quidem ex reliquijs a christo collectus est: ex magna autem parte tanquam palea ventilatus. **E**tenim scriptum est: reliquie salue fient. **S**ed attende et gentes: vide et oleastrum inferi in pinguedine oliue. **E**cce gentes: latera aquilonis adiuncta sunt: latera aquilonis ciuitatis regis magni. **C**ontrarius solet esse aquilo syon. **S**yon quippe in meridie: aquilo contra meridiem. **Q**uis est iste aquilo nisi qui dixit: **P**ona sedem meam ad aquilonem: et ero similis altissimo: **T**enuerat regnum diabolus impiorum: et possederat gentes seruitutes simulachris: adorantes demonia: et totum quicquid generi humani erat vbiq; per mundum: inherendo illi aquilo factus erat. **S**ed quoniam ille qui alligat fortem: et aufert eius vasa et facit vasa sua: liberati homines ab infidelitate et supstitutione demoniorum credentes in christum collinati sunt illi ciuitati: occurrerunt in angulo illi parieti de circumscriptione venienti: et facta est ciuitas regis magni que fuerat latera aquilonis. **I**o et in alia scriptura dicitur: **A**b aquilone nubes coloris aurei: in his est magna gloria et honor omnipotentis. **M**agna enim gloria medici est: quando ex desperatione conualescit egrotus. **A**b aquilone nubes: et non nigre nubes: non caliginose: non terre: sed coloris aurei. **U**nde: nisi

gratia illuminante per christum: **E**cce latera aquilonis: et ciuitas regis magni. **L**atera vtrique: quia inherant diabolo. **Q**uicunque enim alicui coherent: latera ipsius dicuntur. **N**am et de aliquibus hominibus solemus ita loqui: **B**onus homo est: sed mala latera habet: id est ipse quidem probitatem prestat: sed maligni sunt qui ei coniuncti sunt. **L**atera ergo aquilonis qui diabolo coherebant: inde venit et iste filius de quo modo audiebamus: quia mortuus erat et reuixit: perierat et inuentus est. **P**roficiscendo enim in regionem longinquam etiam ad aquilones peruenit: et ibi sicut audistis: vni ex principibus regionis illius adhererat. **F**actus est ergo latera aquilonis adherendo principi religionis illius: sed quia ciuitas regis magni: et ex late aquilonis colligit: reuersus ad se dixit: **S**urgam ibo ad patrem meum: et occurrit ei pater qui dicit de illo: mortuus erat et reuixit: perierat et inuentus est. **T**itulus ille saginatus: lapis angularis fuit. **B**enignus et maior filius qui epulari nolebat: exhortatus a patre ingressus est: et duo iam parietes: tanquam illi duo filij ad vitulum peruenientes: ciuitatem regis magni fecerunt. **S**equatur ergo iste psalmus et dicat. // **D**eus in domibus eius cognoscetur: **N**am in domibus propter montes: propter duos parietes: propter duos filios. **D**eus in domibus eius cognoscetur: sed gratiam commendat: ideo addit. **C**um suscipiet eas. **N**am quid esset ipsa ciuitas: nisi ille suscepisset eam: **N**onne statim caderet: nisi tale fundamentum haberet: **F**undamentum enim aliud nemo potest ponere: propter id quod positum est: quod est christus iesus. **N**emo ergo de suis meritis gloriatur: sed qui gloriatur in domino gloriatur: quia tunc est illa magna ciuitas: tunc in ea cognoscitur dominus cum suscipiet eam: quomodo suscipit medicus egrotum curandum: non sicut est amandum. **E**tenim febrem odit medicus. **N**on amat medicus egrotum: et amat medicus egrotum. **S**i egrotum amaret: semper egrotum optaret. **R**ursus si egrotum non amaret: ad egrotum non veniret: sed amat egrotum: vt faciat sanum. **S**uscepit ergo hanc ciuitatem dominus: et agnitus est in ea: id est gratia ipsius cognita est in illa ciuitate: quia quicquid habet illa ciuitas que gloriatur in domino: non habet de se. **P**ropter hoc enim dicitur: **Q**uid enim habes quod non accepisti: **S**i autem accepisti: quod gloria ris quasi non acceperis: **D**eus in domibus eius cognoscetur: dum suscipiet eam. // **Q**uoniam ecce reges terre congregati sunt.

Alia lra.
non habet.
congregati sunt.

Alia lra.
¶ nō habet.

Alia lra.
¶ sic.

eti sunt: Jam ecce illa latera aquilonis videte quomodo veniant: videte quomodo dicant: Venite ascēdamus i montē domini: annūciauit em̄ nobis viam suam: vt ingrediamur in ea. **Ecce reges terre collecti sunt. Et cōuenerūt in vnum.** In quem vnū: nisi i lapidem illum angularē? **Ipsi videntes ita admirati sūt: Post admirationē miraculorū ⁊ glie christi: quid secutum est: Conturbati sunt ⁊ moti sūt: tremor apprehendit eos.** Unde tremor apprehendit eos: nisi de cōscientia delictorū: Currant ergo reges post regem: agnoscat reges regem. Inde alibi: Ego autē inquit cōstitutus sum rex ab eo sup syon montem sanctū eius: p̄dicans p̄ceptum domini. **Domini⁹ dixit ad me fili⁹ meus es tu: ego hodie genui te.** Postula a me et dabo tibi gentes hereditatē tuam: et possessionez tuam terminos terre. Reges eos in virga ferrea: tanq̄ vas figuli conteres eos. **Audit⁹ est rex: constitut⁹ i syon:** tradita est illi possessio vsq̄ ad terminos orbis terre. Metuere debent reges ne regnū perdant: ne illis auferatur regnum: sicut miser timuit Herodes: ⁊ pro paruulo occidit paruulos. Timens autem regnum amittere: nō meruit regem agnoscere. **Utinam ⁊ ipse regem cuz magis adoraret: non male regnū querendo: innocentes perderet: ⁊ nocens periret.** Nam quod ad illum attinebat perdidit inocētes. **Quis autē ad christum etiā paruus p̄ se morientes paruulos coronauit.** Ergo debuerūt timere reges quādo dictum est: Ego autē constitutus sum rex ab eo: ⁊ hereditatē vsq̄ ad fines t̄re dabit mihi q̄ me cōstituit regē. **Sed quid inuidetis reges: Glidete: nō inuidete.** Longe em̄ aliter iste rex qui dixit: regnum meū non est de hoc mūdo. Nolite ergo timere: ne vobis auferat regnuz mūdi hui⁹: dabitur vobis regnum: sed celozū: vbi ille rex est. **Ideo quid ibi sequit⁹: Et nūc reges intelligite.** Jam inuidē vos parabatis: intelligite: de alio rege dicat⁹: cui⁹ regnum nō est de hoc mūdo. **Merito ergo collecti sūt reges in vnum: conturbati sunt: tremor apprehendit eos.** Inde ⁊ illis hoc dicitur: **Et nūc reges intelligite: crudimini omnes qui iudicatis terram. Seruite domino in timore: ⁊ exultate ei cum tremore.** Et quid fecerunt: **Ibi dolores vt parturiētis.** Quid sūt dolores vt parituriēt: nisi dolores penitentis: **Uide ipsam conceptionez**

doloris ⁊ parturitionis. **A timore tuo inq̄t Esaias cōcepimus: ⁊ parturiuim⁹ spirituz salutis.** Sic ergo conceperūt reges a timore christi: vt parturiēdo salutem parerent: credendo in eum quē timuerūt. **Ibi dolores sicut parturientis.** **Ubi parturientē audis: fetum expecta.** Parturit vet⁹ homo: sed nascitur nouus homo. **Ibi dolores vt parturientis: In spiritu violento cōteres naues tharsis.** Breuiter intelligitur: euerēs superbā gentiū. Sed vnde ex hac historia dicitur euersio supbie gentium: **Propter naues tharsis.** Tharsis ciuitatem quesierunt docti: hoc est que nam ciuitas hoc nomie significaret: ⁊ aliquib⁹ visum est Ciliciā dictam esse tharsis: ex eo quod metropolis eius tharsus dicitur: de qua ciuitate erat etiā Paulus ap̄s. **Har⁹ inq̄t i tharso Cilicie:** Aliqui autē eaz carthaginem intellexerunt: fortassis aliquādo ita nominatam: aut aliqua locutione ita significatā. **Nāq̄ apud p̄phetam Esaiam sic inuenit: Ululate naues carthaginis.** Apud Ezechieles autē a diuersis interptibus: ab alijs carthago: ab alijs tharsis interpretata est: ⁊ hoc diuersitate interptum positum potest intelligi: hanc appellari tharsuz: que carthago dicebatur. **Manifestū est autem qd̄ primordia regni carthaginis nauibus floruerunt: ⁊ ita floruerūt: vt inter ceteras gentes excelleret negociatiōibus ⁊ navigationibus.** **Nā quādo Bido fugiens fratrem delapsa est ad terras africe: vbi carthaginez condidit: naues que parate erāt ad mercationē: in eius regione assumpserat ad fugam: consentientib⁹ sibi regionis eius principibus: ⁊ ipse naues etiam condita carthagine ad negocianduz non defecerunt: atq̄ hinc nimū superba facta est ciuitas illa: vt digne p̄ ei⁹ naues intelligat superbia gentium: presumens in incertis tanq̄ in flatibus ventozum.** Jam non presumatur de velificatione: ⁊ quasi p̄speritate seculi huius: tanq̄ maris fundamentū nostrum in syon sit: ibi stabiliri debemus non perflari omni vento doctrine. **Quicumq̄ ergo ex incerto huius vite timuerant: euerantur: ⁊ subiiciatur christo omnis supbia gentium conterenti in spiritu violento naues tharsis: non cuiuscūq̄ ciuitatis s̄ tharsis.** Quomodo in spiritu violento: **Timore fortissimo.** Sic enim eum tremuit omnis supbia iudicaturū: vt in humilem crederet: ne excelsum expauesceret. **¶ Sicut**

Alia lra.
¶ vebemēt.

spine: crescunt de imbribus: ad ignem cres-
cunt nō ad horreū. Suscepim⁹ de⁹ miseri-
cordiā tuā i medio tēpli tui. In medio ppli
tui nō suscipiēt: misericordiā tuā: nos susce-
pim⁹ misericordiā tuā. In sua em̄ ppria ve-
nit: ⁊ sui eū n̄ receperūt. In medio aut̄ eoz
q̄t̄t receperūt eū: dedit eis p̄tēz filios dei
fieri. **I**n hic occurrit vnicuiq; cogitā. Et
qd: **I**ste pplus q̄ in medio ppli dei suscipit
misericordiā dei: quātū numer⁹ h̄z. **D**i pau-
ci sunt: vix iueniunt aliqui. **I**llis ne p̄tent⁹
de⁹ erit: ⁊ p̄det tantā multitudinē. **S**icut h̄
q̄ sibi p̄mittit h̄: qd̄ a deo p̄mittēte n̄ audie-
rūt. **E**t v̄e si male viuam⁹: si mūdi hui⁹ de-
licijs p̄fruemur: si nr̄is libidimb⁹ seruam⁹:
p̄ditur⁹ ē nos de⁹. **Q**uot em̄ sūt illi q̄ vidēt
seruare p̄cepta dei. **E**ix inuenit vn⁹ vl̄ duo
vl̄ paucissimi. **I**pos solos liberatur⁹ ē: ⁊ ce-
teros dānatur⁹. **A**bsit inquit: **L**ū veniet
et videbit tantam multitudinē ad sinistra:
miserabit: ⁊ dabit indulgentiā. **H**oc plane
etiā serpens ille p̄misit p̄mo homi. **N**ā mina-
tus erat de⁹ mortē: si gustaret. **I**lle aut̄ ab-
sit inq̄t: nō morte moriemī. **C**rediderūt ser-
penti: inuenerūt v̄ez esse qd̄ minat⁹ ē de⁹: fal-
sum qd̄ p̄miserat diabol⁹. **I**ta et nūc fr̄es:
ponite vobis ecclesiaz aq̄ oculos ad instar
silitudinēq; padisi: nō cessat serpens sugge-
rere qd̄ tūc suggestit. **S**z casus p̄mi homis
ad expimentū cauēdi debet nob̄ valere: nō
ad imitationē peccādi. **I**do ille cecidit: vt
nos surgam⁹. **R**ūdeam⁹ talib⁹ suggestiōi-
bus: qd̄ r̄ndit Job. **N**ā ⁊ ip̄m p̄ feminā tā-
q̄ p̄ **L**uā tēptauit: ⁊ vicit i stercore: victus
i paradiso. **E**rgo nō audiam⁹ tales voces: ne
putem⁹ paucos eē istos: multi sūt: s̄ inf̄ plu-
res latēt. **N**ō possum⁹ em̄ negare plures eē
malos: ⁊ tā plures vt inf̄ eos p̄sus boni n̄
appareāt: quō non appareāt grana in area.
Nāz q̄sq; arcā videt: pōt̄ putare qd̄ palea
sola sit. **B**a hoīem inexpltū: et putat inanif-
fieri qd̄ boues mittunt: qd̄ ibi homies sub
estu desudāt vt cōterāt paleā: s̄ ibi ē ⁊ mās-
sa ventilatōne purgāda: tūc p̄cedit copia
frumētī: q̄ latebat in copia p̄learū. **E**t mō
vis inuenire: **B**on⁹ esto et iuenies. **C**ōtra
istā ergo despationē: vide qd̄ sequat⁹ i isto
psalmo: **Q**m̄ cū dixisset: **S**uscepim⁹ de⁹ mi-
sericordiā tuā i medio templi tui: significa-
uit esse pplm̄ dei: nō suscipientē miseri-
cordiā dei: in cui⁹ medio quidā suscipiāt mise-
ricordiā dei: ne occurreret homib⁹ tā pau-
cos esse: vt p̄pe nulli sint: quō cōsolat⁹ ē cō-
sequētib⁹ verbis: **S**cdm̄ nomē tuū

deus ita ⁊ laus tua in fines terre. **Q**uid est hoc: **M**agnus domin⁹ ⁊ lauda-
bilis valde: in ciuitate dei nostri in monte
sancto eius. **N**ō potest esse laus eius: nisi i
sanctis eius. **N**ā qui male viuūt: nō eū lau-
dant: sed quia ⁊ si p̄dicāt lingua: blasphemāt
vita. **Q**uia ḡ laus ei⁹ nō est nisi i san-
ctis ei⁹: nō sibi dicāt heretici: i nobis remā-
sit laus ei⁹: qz pauci sum⁹ ⁊ a turba sep̄ati:
nos iuste viuim⁹: nos laudam⁹ deū: nō so-
lū loquēdo: verū etiā p̄uersando. **R**ūdet
eis ex hoc psalmo. **Q**uid vos dicitis i pte
laudare deū: cui dictū ē: **S**cdm̄ nomē tuū
de⁹: ita ⁊ laus tua in fines terre: **I**d est quō
notus es p̄ oēs terras: sic ⁊ laudaris p̄ oēs
terras. **N**ec desunt qui te nūc laudāt p̄ oēs
terras. **I**lli autēz laudāt qui bene viuunt.
Scdm̄ em̄ nomen tuū deus: ita ⁊ laus tua:
nō in pte sed in fines terre. **I**usticia ple-
na est dextera tua. **I**d est multi sunt: et
illi: qui stabūt ad dexterā. **N**ō solū illi mul-
ti erūt qui stabūt ad sinistram: sed ⁊ ibi erit
plenitudo masse ad dexterā cōstitute. **I**u-
sticia plena ē dextera tua. **L**etef mos
syon ⁊ exultent filie iude: p̄pter iu-
dicia tua domine. **M**ons syon: o fil-
lie iude: laboratis mō inter zizania: inf̄ pa-
leas: inter spinas laboratis: sed exultate p̄-
pter iudicia dei. **N**ō errat de⁹ in iudicādo:
discrete viuite: ⁊ si cōcrete nate estis. **N**on
frustra vox exijt de ore et de corde vestro:
ne cōp̄das cū impijs animā meā: ⁊ cū vir-
tū sanguinū vitā meā. **I**lle v̄tilabit tant⁹ ar-
tifex: in manu ventilabrū portabit: vt vnū
granū tritici nō cadat in aceruū palee cō-
burendū: nec vna arista palee transeat ad
massam in horreo recōdendā. **E**xultate fi-
lie iude p̄pter iudicia dei nō errantis: ⁊ no-
lite mō temē iudicare. **A**d vos p̄tineat col-
ligere: ad illuz p̄tineat separe. **L**etef mons
syon: ⁊ exultent filie iude p̄pter iudicia tua
domine. **N**e aut̄ putetis filias iude iudeos
esse: **J**uda cōfessio est: omnes filij cōfessio-
nis filie iude sunt: qz salus ex iudeis nihil ē
aliud q̄ christus ex iudeis. **H**oc ait ⁊ apo-
stol⁹: **N**ō em̄ qui i manifesto iude⁹ ē: neq; q̄
in manifesto in carne est circūcisio: sed qui
in abscondito iudeus est: ⁊ circūcisio cordis
in spiritu: nō l̄ra: cui⁹ laus nō ex homib⁹: s̄
ex deo est. **F**alsus iudeus esto: gl̄iare de cir-
cūcisioe cordis: ⁊ si nō habes circūcisionē
carnis: **E**xultēt filie iude p̄pter iudicia tua
dñe. **C**ircūdate syon ⁊ cōplectimī
eam: **S**icut eis q̄ male viuūt: in quoz me-

Alia l̄ra.
f̄ sic.

dio est populus ille qui suscepit misericordiam
 dei: in medio vestrum est plus bene viuens: Cir-
 cūdate syon. Sed quod? Cōplectimini eam.
 Nolite scādalis circū dare: sed caritate cir-
 cūdate: vt qui bene viuūt in medio vestrum
 eos intuemini: et eorum imitationē christū: cui
 mēbra sunt in corpe cōplectimini. Circūda-
 te syon et cōplectimini eam. **Narrate in tur-**
ribus eius. In altitudine munitiōnis eius
 p̄dicare laudes eius. **Ponite corda ve-**
stra in virtute eius. Nō vt habeatis for-
 mā pietatis: virtutē eius ab neget: s; in v̄tu-
 te eius ponite corda v̄ra. **Que ē virtus ciuita-**
tis huius? Qui vult intelligere virtutē huius
 ciuitatis: intelligat vim caritatis. **Ipsa ē vir-**
tus quā nemo vincit. Huius ignē nulli fluctus
 seculi: nulla flumina tēptatiōis extinguit.
De hac dictū est: Valida ē sicut mors di-
 lectio. Quō enim mors quā venit resisti ei nō
 potest quibuslibet artibus: quibuslibet medi-
 camētis occurras violentiā mortis vitare
 nō potes: quia mortalis natus es: sic cōtra vio-
 lentiā caritatis mūdus nihil potest. **Cōtra-**
rio enim similitudo data est de morte. Quō
 enim mors ad auferendū violentissima est: sic
 caritas violēta est ad saluandū. **Per cari-**
ratē enim multi mortui sūt seculo: vt viuēret
deo. Hac caritate accessi martyres: nō simu-
 lati: nō vana glia v̄tilati: non tales de quibus
 dictū ē: **Si tradidero corp̄ meū vt ardeā:**
 caritatē autē nō habeā: nihil mihi p̄dest: s; **si**
 tales quos vere chasti et veritati caritas pdu-
 ceret ad passionē. **Quid eis fecerūt tēpta-**
tiōes seuētū: Maiorē violētiā habuerūt
oculis flentiū suorum: quā p̄secutiōes insectā-
tū. Quos multos. n. tenebāt filij ne paterent:
 quā multorum genibus puoluebant vxores: ne
 vidue relinq̄rent: quā multos parētes p̄hibe-
 bāt mori: sic nouim⁹ et legim⁹ in passiōe b̄tē
 Perpetue. **Facta sūt ista: s; lachryme quāte-**
libet et quātolibet ipetu fluerēt: quō ardorē
caritatis extiguerēt. **Hec ē virtus syon: cui et**
alibi dicitur: **Fiat pax in virtute tua: et abūdātia in**
turribus tuis. **Annūciate in turribus eius: ponite**
corda v̄ra in virtute eius. **Et distribuite do-**
mos eius. **Quid h̄ intelligem⁹: ponite cor-**
da v̄ra in virtute eius: et distribuite domos eius?
Id est distiguite domū a domo: nolite cōfū-
dere. **Domus ē enim formā h̄nis: et pietatē nō**
habēs. **Est autē domus et formā et pietatē ha-**
bēs. **Distribuite: nolite confundē.** **Tūc autē**
distribuitis et nō confunditis: quā corda v̄ra in
virtute eius ponitis. id est cū facti fuerit p̄ ca-
ritatē sp̄iales: tūc temere non iudicabitis:

tūc videbitis nihil obesse bonis malis. **De-**
diu sumus in hac area: distribuite domos
eius. **Potest et alius esse intellectus.** **Do-**
mos illas duas: vnā ex circūcisione: alterā
ex p̄putio venientē: apostolis dictū est: vt
distribuerēt. **Quum enim vocatus esset Saul⁹**
et factus ap̄stolus Paulus: pueniens in vni-
tatē coapostolorum suorum: sic cum eis habuit
placitū: vt illi irent in circūcisionē: iste in p̄-
putiū. **Ista dispensatiōe ap̄stolus sui distri-**
buerūt domos ciuitatis magni regis: et cō-
cordantes in angulo: euangelii dispensa-
tiōe diuiserūt: caritate iunxerūt. **Et reue-**
ra hoc magis intelligendū est. **Nam sequit**
et ostēdit quod hoc p̄dicatoribus dictū sit: et di-
struere domos eius. **Ut enarretis in p̄-**
genie altera. **Id est vt etiā ad nos post**
futuros illoꝝ euāgelij dispensatiō pueniret.
Nō. n. illis t̄m laborauerūt: cū quibus in hac
terra vixerūt: nec dñs illis tanquā ap̄stolis qui
bus se viuū etiā post resurrectionē dignat⁹
est ostendere: sed et nobis. **Nam illis loque-**
batur: et nos significabat cū diceret: Ecce
ego vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad cō-
summationē seculi. **Nūquid illi hic futuri**
erāt vsq; in cōsummationē seculi: Itē dicit
Nō p̄ his rogo t̄m: sed et p̄ his qui creditu-
ri sunt per verbū illoꝝ in me. **Ergo attēdit**
nos: quia passus est p̄pter. **Ad merito ita di-**
citur: Ut enarretis in p̄genie altera. Quid
enarretis? Quā hic ē de⁹ de⁹ noster.
Terra videbatur: terre cōditor nō videbatur:
caro tenebatur: sed deus in carne nō agnosce-
batur. **Tenebatur caro ab eis ex quibus sumpta**
fuerat ipsa caro: ex semine Abrahę v̄go Adā-
ria: ad carnem remanserūt: diuinitatē non
intellerūt. **Quod apostoli: o ciuitas magna:**
in turribus tuis p̄dica et dic: hic est de⁹ de⁹ no-
ster. **Sic sic quō cōtemptus est: quomō la-**
pis ante pedes iacuit offendentiū: vt hu-
miaret corda confidentiū: sic hic est deus
noster. **Lerte visus est sicut dictū est: Post**
hec in terra visus est: et cū hominibus cōuer-
satus est: hic est de⁹ noster. **Et homo est: et**
quis est qui cognoscet eū: Quā hic ē de⁹ n̄r.
Sed forte ad t̄pus quō dii falsi. Quia enim
vocari possunt dii: esse autē non possunt:
ad tempus vel vocant̄. **Nam quid eis di-**
cit p̄pheta: vel quid monet vt eis dicatur?
Hec eis dicetis. Quid: Qui qui celū et ter-
ram non fecerunt pereant de terra: et de
his que sub celo sunt. Non est iste talis de-
us: Quoniam deus noster super omnes
deos. Super quos omnes deos: Quo-

nia omnes dñi gentiū demonia: dñs aut ce-
los fecit. Ipse est q̄ de⁹ noster: h̄ est deus nr̄.
Quousq̄: **In eternū z i seculū seculi:**
ipe reget nos i secula. Si de⁹ nr̄ est: et
rex nr̄ est: p̄tegit nos qz deus est ne moria-
mur: regit nos qz rex ē ne cadam⁹: regēdo
aut nos nō frangit nos: nā quos non regit
frangit. Reges eos inquit in virga ferra: z
tanq̄ vas figuli cōteres eos. Sed sunt q̄s
nō regit ip̄is nō parcit: sed tanq̄ vas figu-
li cōteret es. Ab illo q̄ optemus regi z libe-
rari: qz hic ē de⁹ nr̄ in eternū z in seculū secu-
li: z ipe reget nos in secula.

Explicit Tractatus de ps̄. XLVII.

Incipit Tractatus de ps̄. XLVIII.

Sermo de prima pte psalmi.

Omnia diuina eloq̄a salūbria sunt
bene intelligentibus: piculosa vō
his qui ea volūt ad sui cordis per-
uersitatē d̄torquere: poti⁹ q̄ suū cor ad eo-
rū rectitudinē corrigere. Hec est em̄ in ho-
minibus magna z vsitata p̄uersitas: Quia
cū debeāt viuere ip̄i fm̄ volūtate dei: deū
volūt viuere fm̄ volūtate suā. Et cū ip̄i no-
lunt corrigi: illū volūt deprauari: rectū nō
arbitrātes qd̄ ille vult: sed quod ip̄i volūt.
Solem⁹ autē audire homies murmurātes
aduersus deū: qd̄ malis i hac vita bñ sit: et
laborēt boni: quasi ille p̄uersus sit: z nesciat
qd̄ agat: aut oīno auerterit oculos a rebus
hūanis: v̄l securitatē suam p̄turbari nolit:
vt hec nō attēdat: qz cum labore ista deus
aut videt: aut corrigit. Murmurant q̄ ho-
mines q̄ p̄pterea volūt deū colere vt i illis
bñ sit: qñ viderint eos q̄ deū nō colūt pol-
lere atq̄ florere felicitate terrena: se autē co-
lentes deū laborare in angustijs: in necessi-
tātib⁹: in erūna: ceterisq̄ difficultatib⁹ mor-
talitat̄ hūane. Cōtra istā vocē z cōtra has
blasphemias murmurātū: incantat semp̄
sermo diuin⁹: curās a morbo serpētis. Pe-
nenati em̄ cordis est ista sanies: eructans i
deū putorem blasphemie: z qd̄ peius ē ma-
nus scrutātis repellens: morsum serpentis
nō repellēs. Hoc dixi: repellit a se cor ho-
minis verbi dei seueritatē: z admittit ad se
male suadētis blanditias. Cōtra hos ergo
cātat sermo diuin⁹: z iā i isto psalmo loquit̄
nobis. Ad quē psalmū quō intentā ego fa-
cerem sanctitatē vestrā: nisi ipe nos faceret
omnes intētos: Nec nos solos: sed totum
orbem terrarū. Audite em̄ quēadmodum
cepit.

Expositio eiusdē partis.

Audite hec omnes gentes:
Nō ergo vos oēs soli q̄ hic estis.
Nā vox nr̄a quāta est vt sic clame-
m⁹: vt audiāt oēs gentes: Clamauit em̄ p̄
ap̄los dñs nr̄ Iesus christus: clamauit tot
linguis q̄s misit: z videm⁹ hūc psalmū qui
aīn nō recitabat nisi i vnā gentē i synagoga
iudeorū recitari p̄ totū orbē terrarū: p̄ oēs
ecclesias: impletū esse qd̄ h̄ dictū est: Audi-
te hec oēs gentes. Ad hoc solū volo inten-
tos facere aīos v̄ros: ne p̄pter laborē cor-
poralē nō erigatis animū: terrēte vos lon-
gitudine psalmi hui⁹: si potuerit finief ho-
die: si nō restabit nobis aliquid in crastinū
diē: tñ vos sp̄ intenti estote. Tantū em̄ au-
diēt si dñs voluerit: quātū vos nō grauet
s̄ releuet. Audite hec oēs gentes: **Uñ estis**
z vos: Aurib⁹ p̄cipite oēs qui habi-
tatis orbē. Hoc utrū videt̄ repetisse: q̄si
parū fuerit qd̄ dixit: audite. Qd̄ dico: au-
dite: aurib⁹ p̄cipite: h̄ ē: nolite trāscūtes au-
dire. Quid ē aurib⁹ p̄cipite: Qd̄ dñs dice-
bat: Qui habet aures audiēdi audiat: cuz
oēs q̄ in sp̄ectu ei⁹ erāt: vtiq̄ haberēt au-
res. Quas ille aures q̄rebat nisi cordis cū
dicēt: Qui h̄z aures audiēdi audiat: **Has**
z iste psalm⁹ aures pulsāt. Aurib⁹ p̄cipite
oēs q̄ habitatis orbē. Forte z h̄ ē aliqua di-
stinctio. Nō quidē nos coartare debem⁹: s̄
nihil mali ē etiā istā explicare sententiā. For-
te aliqd̄ distat inf̄ id qd̄ dixit: oēs gentes: z
qd̄ dixit: oēs q̄ habitatis orbē. Significā-
ti⁹ em̄ fortasse voluit nos intelligē qd̄ dixit:
inhabitāt vt gētes intelligam⁹ oēs int̄q̄s:
habitatores aut orbis oēs iustos. Ille em̄
habitat q̄ nō tenet: nā q̄ tenet habitat si ha-
bitat: quō ille possidet quecūq̄ h̄z: q̄ dñs ē
rerū suarū. Bñs autē ē q̄ nō est irretit⁹ cupi-
ditate: q̄ aut cupiditate tenet: possessus est
nō possessor. **Habem⁹** em̄ qd̄dā v̄bū habi-
tationē signatū i scriptura dei: vbi ait: **Elegi**
abijci i domo dñi: magis q̄s habitare in ta-
bernaculis pctōz. Quid em̄: **Si abijceris**
i domo dñi: nō ibi habitas: Noluist signifi-
care habitationē: nisi i eis q̄ regnāt z tenēt:
z dñant: et gubernāt. q̄ aut p̄tēnunt: nō q̄si
habitāt s̄ subiecti s̄. Ita at̄ dixit: **Subdit⁹**
volo eē in domo dei: magis q̄s regnare i ta-
bernaculis pctōz. Itaq̄ si ē aliq̄ distinctio
inf̄ oēs gentes z habitatores orbis: sicut ē
distinctio inter auditez auribus p̄cipite:
hoc quidem videt̄ repetisse: sed tamē aliud
est: quid sane voluit significare. Quia ista
eloquia audituri erant: non solū peccato-

res et impij: sed et iusti. Permixture modo au-
diunt omnes: sed cum ventu fuerit ad red-
dendam rationem: sepabunt qui sine causa au-
dierunt ab illis qui auribus preceperunt. Au-
diant ergo et peccatores: audite hec omnes
gentes: audiatur et iusti qui non sine causa au-
dierunt: et regunt potius terram quam regunt a ter-
ra: auribus percipite omnes qui habitatis
orbem. Et iterum dicit. **Quique terrige-
ne et filij hominum.** Quod ait: terrigene
ad peccatores retulit: quod ait: filij hominum:
ad fideles et iustos. Videtis ergo: quia ser-
uatur ista distinctio. Qui sunt ergo terrige-
ne: filij terre. Qui sunt filij terre: Qui be-
reditates terrenas requirunt. Qui sunt filij
hominum: Qui pertinent ad filium hominis.
Aliquando iam ista distinximus sanctitati ve-
stre: et inuenimus quia Adama homo erat: filius
hominis non erat. Christus autem filius hominis erat: et
deus erat. Quicumque enim pertinet ad Adama: terri-
gene: quicumque pertinet ad Christum filium hominis.
Omnes tamen audiant: ego nulli subtraho
sermonem meum. Terrigene est: audiat propter
iudicium: filius hominis est: audiat propter
regnum. **Simul in vno diues et pau-
per.** Item ipsa sunt repetita. Quod ait: diues:
ad terrigenas pertinet: quod ait: pauper: ad filios
hominum. Diuites intellige superbos: paupe-
res humiles. Habeat quis multas faculta-
tes pecuniarum: si in eis non extollit pauper est.
Non habeat aliquid et cupiat et inflet: inter di-
uites et reprobos eum deputat deus. Et di-
uites et pauperes in corde interrogat deus: non
in area et domo. Nonne pauperes sunt qui
accipiunt mandatum apostoli dicentis Timo-
theo: propece diuitibus huius seculi non superbe
sapere: Quod eos qui diuites erant fecit pau-
peres: Tuli illis: quare querunt diuites: Ne-
mo enim vult esse diues nisi ut inflet: inter
quos viuit: et superior illis videatur. Cuius
autem dixit: non superbe sapere: equales eos fe-
cit non habentibus: ut fortassis pauculis nu-
mis medicus extollat: quod ille diues qui audit
apostolum dicentem: Propece diuitibus huius se-
culi non superbe sapere. Unde non superbe sa-
pere: Si faciatur quod sequitur: Neque sperare in cer-
to diuitiarum: sed in deo viuo qui prestat no-
bis omnia abundanter ad fruendum. Non dixit: qui
prestat illis: sed qui prestat nobis. Nunquid
ipse Paulus non habebat diuitias: Habebat
plane. Quas diuitias: De quibus dicit alio
loco scriptura: Fidelis hominis mundus totus
diuitiarum est. Audi et ipsum confortentem: Quasi ni-
hil habentes: et omnia possidentes. Qui vult

ergo esse diues: non hereat parti: et totum possi-
deat: illi inhereat qui totum creauit. Simul in
vno diues et pauper. Dicit in alio psalmo:
Edet pauperes et saturabunt. Quod comen-
dauit pauperes: Edent pauperes et satura-
bunt. Quid edunt: Quod sciunt fideles.
Quod saturabunt: Imitando passiones do-
mini sui: et non sine causa accipiendo precium
suum. Edent pauperes et saturabunt: et lau-
dabunt dominum qui requirunt eum. Diui-
tes quid: Etiam ipsi edunt. Sed quod edunt:
Manducauerunt et adorauerunt omnes di-
uites terre. Non dixit: manducauerunt et sa-
turati sunt: sed manducauerunt et adorauerunt.
Adorant quidem deum: sed humanitatem no-
lunt exhibere fraternam. Manducant illi et ado-
rant: manducant isti et saturant: tamen omnes
manducant. Exigit de manducante quod man-
ducat: non prohibeat manducare a dispensa-
tore: sed moneat timere extractorem. Audiatur
ista ergo peccatores et iusti: gentes et qui ha-
bitant orbem: terrigene et filij hominum: simul
in vno diues et pauper: non diuisi: non separati.
Tempore messis hoc faciat: manus ventilato-
ris habet poterit. Nunc sicut in vno audiatur diues et
pauper: sicut in vno pascant hedi et agni: donec
veniat qui segreget alios ad dexteram: alios
ad sinistram. Simul in vno audiatur docentem: ne
segregati ab inuicem audiant iudicantem. Et
nunc quid est quod audituri sunt: **Os meum
loquetur sapientiam: et meditatio cor-
dis mei intelligentiam.** Et hec repetit
potius: ne forte cum dixisset: os meum: intel-
ligeres eum tibi loqui: qui in labijs haberet
sapientiam. Multi enim habent in labijs: et non
habent in corde: de quibus dicit scriptura: **Pop-
ulus iste labijs me honorat: cor autem eorum lo-
ge est a me.** Quid ergo ait: Ille tibi loquitur: qui cum
dixerit: **Os meum loquetur sapientiam: intelligas
quia illud quod ex ore fundit de vena cordis
emanat intus est: Et meditatio cordis mei in-
telligentiam.** **Inclinabo in pabola au-
re meae: aperiam in psalterio propositi-
one mea.** Quis est hic cuius meditatio cor-
dis loquitur intelligentiam: ut non sit in sola superfi-
cie labiorum: sed hominis interiora possideat.
Quis est iste qui audit: et sic loquitur: Multi enim
loquuntur quod non audiunt. Qui sunt qui non
audiunt quod loquuntur: Qui non faciunt que di-
cunt: Quales dicit dominus phariseos sedem super
cathedram Moysi: Voluit tibi loqui in cathe-
dra Moysi: pro eos qui ea loquuntur et non
faciunt: et tibi securitatem dominus voluit dare.
Nolite timere. Que dicunt inquit facite: que

Alia fca.
i prudentia.

Etenim dies nouissima mala erit quibusdam: bona erit quibusdam. Aliquid mala erit illis quibus dicit: Venite benedicti patris mei percipite regnum: Sed mala erit illis quibus dicit: Ite in ignem eternum. Quod si iniquitas calcanei sui circumdabit eum: ut quid quod timet in die mala: Adhuc cum viuunt prouideat sibi: tollat iniquitatem a calcaneo suo: ambulent illam viam: ambulent per viam de qua ipse dixit: Ego sum via veritas et vita: et non timeat in die mala: quia datur illis securitatem quam factus est via. Ut quod timebo in die mala: Iniquitas calcanei mei circumdabit me. Ergo vitet iniquitatem calcanei sui. In calcaneo quisque labitur: Intendat caritas via: a deo quid dictum est serpenti: Spatium obseruat caput: et tu eius obseruabis calcaneum. Diabolus calcaneum tuum obseruat: quoniam laberis ut deiciat te. Ille obseruat calcaneum tuum: tu obseruabis caput illius: quod est caput illius: Inimicum male suggestionis illius. Quando incipit male suggerere: tunc repelle: antequam surgat delectatio: et sequatur pensio: et tunc vitabis caput eius: et non apprehendet ille calcaneum tuum. Quare ait Eue huius dixit: Quia per carnem labitur homo. Eua nobis interior caro nostra est. Qui diligit inquit uxorem suam: seipsum diligit. Quid est seipsum: Sequitur et dicit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit. Quia quod quod illum hominem Adam per Eua supplantauit: sic diabolus per carnem vult nos supplantare. Preceptum est enim Eue ut obseruet caput diaboli: quia diabolus calcaneum ipsius obseruat: Si ergo iniquitas calcanei circumdabit nos: ut quod timeamus in die mala: cum prouisi ad Christum habeamus in parte ut non faciamus iniquitatem: et non erit quod nos circumdet: et gaudebimus in die nouissima non plagem: Qui sunt autem quos circumdabit iniquitas calcanei: Qui confidunt in virtute sua: et in abundantia diuitiarum suarum gloriantur. Ergo vitabo ista: et non iniquitas calcanei mei circumdabit me. Quid est vitare ista: Ut non confidamus in virtute nostra: non gloriemur in abundantia diuitiarum nostrarum: sed gloriemur in eo qui nobis promissit humilibus altitudinem: et minatus est elatis damnationem: et non nos iniquitas calcanei circumdabit. Qui confidunt in virtute sua: et in abundantia diuitiarum suarum gloriantur: sunt qui presumunt in amicis suis: alij presumunt in virtute sua: alij in diuitijs. Ista est presumptio generis humani: non presumemus in deo. Dixit de virtute: dixit de diuitijs: dicit de amicis. **Frater non redimit: redimet homo: Expectas ut homo te redimat ab ira ventura. Si te frater non redimet: homo te redē**

ptur est: Quis est frater? Qui si non redimet: nullus homo redemptur est: qui post resurrectionem dixit: vade dic fratribus meis. Frater noster voluit esse: et cum deo dicimus: pater noster: hoc manifestat in nobis. Qui cum dicit deo: pater noster: Christo dicit: frater. Ergo qui patrem deum: et fratrem habet Christum: non timeat in die mala. Non enim circumdabit iniquitas calcanei eius: quia non presumit de virtute sua: nec in abundantia diuitiarum suarum gloriatur: nec de amicis suis potentibus se iactat. In illo qui presumat quod propter illum mortuus est: ut ille non in sempiternum moreretur: qui propter illum humiliatus est: ut ille exaltaretur: qui quasi impius: ut a fidei quereret. Ergo si ipse non redimet: homo redemptus est. Aliquis homo redimet: si filius hominis non redimit: Si Christus non redimit: Adam redimet: Frater non redimit: redimet homo. **Homo dabit deo de preciatione sua: Et precium redemptionis anime sue: Ille confidit in virtute sua: et in abundantia diuitiarum suarum gloriatur: qui non dabit deo de preciatione sua: id est placationem: qui fleat deum pro peccatis. Nec precium redemptionis anime sue: qui presumit de virtute sua: et de amicis: et de diuitijs suis. Qui sunt autem qui dant precium redemptionis anime sue: Quibus ait dominus: Facite vobis amicos de mamona iniquitatis: ut et ipsi recipiant vos in tabernacula eterna. Illi dant precium redemptionis anime sue: qui non cessant elemosynas facere. Ideo illos quos monet per Thimotheum apostolus: noluit esse superbos: ne in abundantia diuitiarum suarum gloriarentur. Bene quod possidebant: noluit apud illos veterascere: sed aliquid ex eo fieri: ut esset precium redemptionis anime eorum. Ait enim: Diuitibus huius seculi precipite: non superbe sapere: neque sperare in incerto diuitiarum: sed in deo viuere: qui prestat nobis omnia abundantius datur ad fruendum. Et quasi diceret: Quid ergo facturi sumus de diuitijs nostris: Diuites sunt inquit in opibus bonis: facile tribuant: contemnent: et non illud perdituri sunt. In seculo: Audi quod sequitur. Thesaurizet sibi fundamentum bonum in futurum: ut apprehendant veram vitam: sic dabit precium redemptionis anime sue. Et dominus noster huius monet: Facite vobis saculos non veterascetes: thesaurum non deficiet in celo: qui fur non accedit: neque tinea corrumpit. Noluit deus ut perdas diuitias tuas: sed ut locum illi mutes. Consilium tibi dedit: Intelligat caritas via. Adhuc si amicum tuum intraret in domum tuam: et inueniret te in loco humido frumenta posuisse: qui forte sciret naturam corruptionis frumentorum quam tu nescires: daret tibi huiusmodi consilium dicens: Frater**

Alia lra.
+ placatione
suam.

Alia lra.
malitudine

perdis quod cum magno labore collegisti: in loco humido posuisti: pauci diebus ista putrescunt. **Et quod facio frater: Leua in superiora.** Audires amicum suggerentem ut frumenta leuares de inferioribus ad superiora: et non audis christum monentem: ut thesaurum tuum leues de terra ad celum: ubi non hoc tibi reddatur quod seruas: sed serues terram: accipias celum: serues mortalia: accipias sempiterna. **Feneraris christum: accipiat in terra parua: ut reddat tibi in celo multa.** Querunt autem illi quos circumdabit iniquitas calcanei sui: quod confidunt in virtute sua: et in abundantia diuitiarum suarum gloriantur: et de micis hominum nihil valentibus prestare presumunt: non dabit deo de pretiatioe sua. **Et precium redemptionis anime sue.** **Et quid dixit de tali homine: Et laborabit in eternum et uiuet adhuc in fine.** Labor eius sine fine erit: vita ipsius habebit finem. **Quare hoc dixit: uiuet in fine: Vita quippe non ponunt isti: nisi delicias quotidianas.** Adeo multi inopes et pauperes nostri: paru[m] firmi et non intuentes quod illis permittat deus pro istis laboribus: cum viderint diuites in epulis quotidianis: in splendore et nitore auri et argenti: quod dicunt: felices sunt isti: isti vere uiuunt. **Beatus iam non dicat et monentem: et si dici habet vel a paucioribus dicat quod dicere si non monerem.** Nam nec nos presumimus: ita nos ista dicere ut non dicat: sed vel a paucioribus dicant: nam dicet usque in fine seculi. **Haec est: quod dicit eum uiuere: aduigil: dicit tonat: putas eum solum uiuere: uiuat: finiet vita ipsius: quoniam non datur precium redemptionis anime sue.** Finiet vita: labor non finiet. **Laborabit in eternum et uiuet in finem.** **Quo uiuet in fine: Quo uiuebat ille qui induebat purpura et bysso: et epulabatur quotidie splendide: et iacentem uicerofuz anianua: cui uulnera canes lungebant: et desiderantem micas quod de mensa eius cadebant: superbus et tumidus contemnebat.** **Quid illi profuerunt ille diuitie: Mutauerunt uices ambo: ille a ianua diuitis subleuatus est in finem Abrae: ille ab epulis splendidis missus est in ignem.** **Ille reqescebat: ille ardebat.** **Satiabatur ille: iste sitiebat.** **Ille laborauerat in finem: uiuet in eternum. ille uixerat in finem: laborabit in eternum.** **Et quid profuit diuiti qui quesuit apud inferos in tormentis positus: stillari sibi guttam aque in linguam suam de digito Lazari dicens: quoniam ardeo hic in hac flamma: et non illi concessum est: Sic desiderauit ille guttam de digito: quod ille micas de mensa diuitis. Sed illi labor finit**

est: et illius vita finita est. **Labor huius in eternum: vita illius in eternum.** **Non hic habemus vitam qui forte hic laboramus in terra: et non sic erimus postea.** **Erit enim vita nostra christus in eternum.** **Illi autem qui hoc uolunt habere vitam: laborant in eternum: et uiuent in fine.** **Quoniam non uidebit in eternum cum uiderit sapientes morientes: Si iste qui laborabit in eternum et uiuet in fine: non uidebit in eternum: cum uiderit sapientes morientes: quid est hoc? Et non intelliget quod sit interitum: quoniam uiderit sapientes morientes.** **Bicit enim sibi iste: quod sapiens erat: et cum sapientia inhabitabat: et cum pietate deum coluit: numquid non est mortuus? Faciamus ergo mihi bene cum uiuo.** **Nam si aliquid possit qui aliud sapiunt: non morerentur.** **Quid et illis mori: et non uidet que sit mors.** **Non uidebit interitum cum uiderit sapientes morientes.** **Quo iudei uiderunt christum pendente in cruce et protulerunt dicentes: iste si filius dei esset descenderet de cruce: non uidentes quod sit interitum.** **Si uideret quod sit interitum: se uideret.** **Ille moriebatur temporaliter ut reuiuisceret in eternum: illi uiuebant temporaliter ut morerentur in eternum.** **Sed quod illi uidebant morientem: non uidebant interitum: id est non intelligebant quod esset uerum interitum.** **Quid dicunt etiam in sapientia: Morte turpissima condemnemus illum: erit. non respectu ex sermonibus illi.** **Si enim est uere filius dei: liberabit illum de manibus contrariorum: non permittet mori filium suum: si uere filius ipsius est.** **At ubi uiderunt illum in cruce: insultantes sibi: et illum non descendentem de cruce dixerunt: Vere homo fuit.** **Victum est: et utique poterat descendere de cruce: qui potuit de sepulchro resurgere.** **Sed docuit nos ferre insultantes: docuit aduersus linguas hominum esse patientes: bibere modo calicem amaritudinis: et postea accipere sempiternam salutem.** **Bibe eger calicem amarum: ut sanus sis cui non sunt sana uiscera: noli trepidare: quod ne trepidares pro bibis medicum: id est passionis amaritudinem bibit pro dominis.** **Bibit qui peccatum non habebat: qui quod in eo sanaret non habebat.** **Bibe donec transeat amaritudo huius seculi: et ueniat seculum: ubi nullum scandalum: nulla ira: nulla tabes: nulla amaritudo: nulla febris: nullus dolus: nulle inimicitie: nulla senectus: nulla mors: nulla contumacia: Labora hic uenturus ad finem.** **Labora ne cum non uis hic laborare: uenias ad finem uite: et nunquam uenias ad finem laborum.** **Quoniam non uidebit interitum cum uiderit sapientes morientes.** **Simul imprudens et insipiens**

Alia lra. t non babe

Alia lra. t insipies et stultus.

peribunt. Quis est imprudens? Qui non sibi prospicit in futurum. Quis est insipiens? Qui non intelligit in quo malo sit. Tu vero intellige in quo malo sis modo: et prospice ut in bonis sis in posterum. Intelligendo in quo malo sis: non eris insipiens: prospiciendo tibi in futurum non eris imprudens. Quis est qui sibi prospicit? Seruus ille cui dedit dominus suus quod erogaret: et postea dixit ei: Non potes mihi agere: redde rationem actus tui. Et ille. Quid facio? Fodere non possū: medicare profundos. Sedit et de re domini sui fecit sibi amicos qui illum reciperent cum de actu persiceret. Ille enim fraude fecit domino suo: ut compararet sibi amicos qui illum susciperent: tu noli timere ne fraudem facias: ipse dominus hortatur ut facias: ipse tibi dicit: fac tibi amicos de mamona iniquitatis. Fortassis ea que acquisisti: de iniquitate acquisisti: aut fortasse ea ipsa est iniquitas: quia tu habes et alii non habet: tu abundas et alter eget. Be ista mamona iniquitatis: de diuitiis istis que iniqui vocant diuitias: fac tibi amicos: et prudens eris: comparas tibi non fraudaris. Adhuc enim videris perdere. Numquid perdes in thesaurario ponens? Nam pueri fratres vestri sibi emant nescio quid: simul inveniunt numos: et ponunt in thesaurario: et non aperiunt nisi postea: numquid quod non videt quod colligunt: id perdidit: Nolite timere: ponunt pueri in thesaurario et securi sunt: ponis in manu christi et times? Esto prudens et prospice tibi in posterum in celo: Esto ergo prudens: imitare formicam: sic dicit scriptura. Recorde estate: ne esurias in hyeme. Hyems est dies nouissimus: dies tribulationis: hyems est dies scadalorum et amaritudinis. Collige quod tibi sit in posterum: si autem non facis: simul imprudens et insipiens peribis. Sed mortuus est ille diues: et tale tibi funus factum est. Ecce quo se conuerterunt homines. Non attendunt que mala vitam habuerit cum viveret: sed que pompam cum moreretur. O felix quem tanti plangunt: iste vero sic vixit pauci plangent. Omnes enim deberent plangere tam male uiuentem: si pompa est funeris: excipit sepulchro precioso: iuoluit preciosis vestibus: sepelitur unguentis et aromatibus. Beinde memoriam qualem habet: que marmorata: Eluit in ipsa memoria ille ubi mortuus est. Ista putantes bona aberrauerunt a deo: nec quesierunt vera: et decepti sunt falsis. Adeo vide quod sequitur. Ille qui non dedit precium redemptionis anime sue: quod non intellexit interitum: quia vidit sapientes morientes: et factus est imprudens et insipiens: ut simul periret. Et quomodo peribunt? Et qui relin-

quet alienis diuitias suas: sicut et imprudens et insipiens peribunt. Attendite fratres. Et relinquunt alienis diuitias suas. Quasi eos posuit in maledicto: qui cum mortui fuerint: alieni possidebunt res ipsorum. Ergo felices ipsi qui relinquunt filios in possessione sua quibus sui succedunt. Habuit filios: non est mortuus. Quid filii ipsius? Et ipsi seruant quod eis reliquerunt parentes sui. Nam est quia seruat et auget. Quibus et ipsi seruat: filijs suis: et illi filijs: et tertij filijs. Quid christo? Quid anime tue? Oia filijs. Inter filios suos quos habet in terra computet unum fratrem quem habet in celo: cui totum dare debebat: vel diuidat cum illo. Sed tamen ait mihi aliquis: ecce quos maledictos dixit scriptura: quos dixit perire et relinquere alienis diuitias suas: ille autem beatus qui suis reliquit. Ego discutio sensum istum: quia inclino in pabolam aure meam: et video non frustra sic loqui scripturam. Video enim multos iniquos mori quibus successores sunt filij: nec potuit sic loqui scriptura: ut separaret eos a miseria quorum vitam improbat. Et quod putatis intelligere fratres: nisi quia omnes tales alienis relinquunt diuitias suas? Quomodo alieni sunt filij? Iniquorum filij alieni sunt. Nam inuenimus quedam extraneum propinquum factum: quia per fuit. Si quis tuorum tibi nihil prodest: alienus est. Ubi inuenimus nescio quem extraneum propinquum factum: quia profuit. In euangelio. Facebat qui dicitur vulneratus a latronibus: dominus autem dixerat cuidam: Diligis proximum tuum tamquam teipsum: et ille responderat. Et quis est mihi proximus? Et narrauit dominus. Non quidam descendebat ab hierusalem in hiericho: et incidit in latrones qui eum vulnerauerunt: et semiuivum in via reliquerunt. Transiit per proximum: iudeus enim erat: non descendebat in hiericho. Transiit sacerdos et preterijt: transiit leuiticus et preterijt et ipse. Transiit quidam samaritanus. Samaritanus nescio quis extraneus erat: ipse ad illum accessit: insperxit misera eius: et misericordia motus curauit vulnera eius: leuauit in iumentum et duxit in stabulum. Comedauit stabulario. Quia in mysterio deca sunt: et ad discutendum nunc plura videntur: tamen propter quod proposui fratres: ait dominus. Quis est illoz illi sauciat proximus? Respondit ille. Credo quod cum illo fecit misericordiam. Glade inquit: et tu fac similiter. Cui misericordiam facis: proximus tibi est. Si ergo extraneus samaritanus faciendo misericordiam et subueniendo proximo factus est: quicumque tibi in tribulatione subuenire non potest: alieni a te facti sunt. Jam attendam illos diuites qui male vixerunt: qui subegere egerunt: mortui sunt: et reliquerunt: non dico

extraneis: s; filijs suis reliquerunt diuitias suas: et filij ipsorum via parietum suorum sequuntur. Sicut illi superbi: ita et isti: sicut illi rapaces: ita et isti: ut illi avari et isti: alieni ab illis sunt. Nam ut noueritis quia illi alieni sunt: subuenirent illi diuiti qui ardebat in flamma: successores ipsius diuitiarum. Sed forte non habuit qui illi succederet: et alieni possiderunt diuitias ipsius. Inuenimus in ipso euangelio quod habuit. Aut enim: Habeo quinque fratres. Fratres ipsius subuenire illi ardenti in flamma non potuerunt. Quid tibi diceret diues: Quid fratres? Unum fratrem mihi amicum non feci qui iacebat ad ianuam. Illi mihi fratres subuenire non possunt: qui possident diuitias meas: alieni a me facti sunt. Videtis quod omnes qui male viuunt: alienis relinquunt diuitias suas: sed plane presentant illis ipsi alieni qui uocantur sui. Audite quod illis presentant: attendite quod irrideant: sicut imprudens et insipiens pibit: et reliquit alienis diuitias suas. Quare dixit alienis: Quia nihil eis prodesse possunt. Et tamen in quo sibi uidentur prodesse. Et se pulchra eorum domus eorum in eternum. Nam quia ista structa sunt sepulchra: domus sunt pulchra. Nam plerumque audis diuitem dicentem: habeo marmoratam domum quam relicturus sum: et non cogito mihi eternam domum ubi spiritus ero. Quis cogitat sibi memoriam marmoratam aut sculptam facere: quasi de domo eterna cogitat: quasi ibi manebat ille diues. Si ibi maneret: non arderet apud inferos. Tibi maneat spiritus male agentis: non ubi ponatur corpus mortale cogitandum est: sed domus eorum sepulchra eorum in eternum. **Tabernacula eorum in generatione et generatione: Tabernacula in quibus temporaliter manserunt: domus in quibus quasi in eternum manebunt: id est sepulchra. Tabernacula quae suis dimittunt ubi manebant cum uiuerent: transierunt quasi ad domus eternas ad sepulchra. Quid illis prosunt tabernacula eorum in generatione et generatione: Nam generatio et generatio puta filij sunt: nepotes erunt et pronepotes: quod faciunt: Quid prosunt tabernacula eorum: Quid: Audi. Inuocabant nomina eorum in terris ipsorum: Quid est hoc? Tollunt panem et merum ad sepulchra: et inuocant ibi nomina mortuorum. Putas quantum inuocatum est nomen illius diuitis: postea quando inebriabant se homines in memoria ipsius: nec descendeat una gutta super linguam ipsius ardentem: Venti suo seruiunt homines: non spiritibus suorum. Ad spiritus mortuorum suorum non uenit: nisi quod secum uini fecerunt: Si autem uini non secum fecerunt: ad mortuos nihil uenit. Sed quod**

Alia lra.
† illozum.

Alia lra.
† progentie
† progentie.

Alia lra.
† Inuocauit.
† sua. † suis.

faciunt illi: Solu inuocabant nomina eorum in terris ipsorum. **Et homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis in sensatis: et similis factus est illis. Quod insultatum est hominibus qui non intellexerunt quod facerent de diuitijs cum uiuerent: et putarent se beatos futuros: quasi si haberent memoriam marmoratam: quasi si eterna domum: et si sui quibus reliquissent substantiam suam inuocarunt nomina eorum in terris ipsorum. Beuerunt autem contra preparare sibi domum eternam in bonis operibus: preparare sibi uitam immortalem: mittere ante se sumptus: sequi opera sua: attendere comitem egentem: dare ei cum qui ambulat: non continere christum ante ianuam ulcerosum qui dicit: Cum uni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Quia ergo non intellexit homo in honore positus. Quid est in honore positus? Factus ad imaginem et similitudinem dei: homo platus iumentis. Non enim fecit deus sic hominem: quod fecit iumentum: sed fecit deus hominem cui seruiret iumentum. Nunquid eius uiribus et non intellectui? Ille autem non intellexit. Et qui factus erat ad imaginem dei: comparatus est iumentis insensatis: et similis factus est illis. Unus alibi dicit: Nolite esse sicut equus et mulus: quibus non est intellectus. **Hec uia eorum scandalum ipsis: Ipsis sit scandalum non tibi. Quis autem erit et tibi: Si putes quod beati sint tales: Si intelligas quod non sunt beati: ipsis erit scandalum uia ipsorum non christo: non corpori eius: non membris eius. Et postea in ore suo benedicet. Quid est postea in ore suo benedicet: Cum facti fuerint tales ut non querant nisi bona temporalia: sicut hypocrite: et quando benedicunt deum: labijs benedicunt non corde. Tales facti christiani: quando illis laudatur uita eterna: et dicit illis peccatores diuitiarum esse debere in nomine christi: torquentur in corde suo. Et si non audent in facie ne erubescant ab hominibus aut nec corripiantur: in corde id faciunt et peccant: et remanet eis in ore benedictio et in corde maledictio. Et postea in ore suo benedicet. Longum est ut psalmum finiamus: sufficiat caritati uestrae quod audistis interim hodie: cras quod domino placuerit audietis. **Sermo secundus de secunda parte psalmi. **H**esterno die cepto psalmo terminus debebat sic meminisse caritas uestra. Perueneram autem usque ad istum versum ubi designat spiritus dei homines non attendentes nisi ad presentia: secularia: terrena. Et in postea post hanc uitam nihil cogitantes: neque ullam felicitatem esse arbitantes: nisi diui-******

Alia lra.
† insipienti

Alia lra.
† illozum

Alia lra.
† coplao

tias et honores huius seculi: et transitoria felicitate. Post obitum autem suum non attendentes: nisi quemadmodum eis precurentur funera poposa: et sepeliuntur in monumentis opere mirabili extructis: et innocenti nomina eorum in terris ipsorum a domibus eorum. Non autem sibi comparant ubi spiritus sit post hanc vitam: Stulti: non tremiscetes voce christi dicent: Stulte hac nocte auferet anima tua a te: et quae praeparasti tui erunt. Nec attendentes post epulas quotidianas splendidas: et purpuram et byssum: diuinitate damnatum ad tormenta in infernum: et post labores et vlcera et famem pauperem requescentem in sinu abrae. Ista non curantes: sed attendentes ad id quod presens est: et post hanc mortem non prouidentes nisi quemadmodum nomen eorum quod reprobat in celo innocenti in terra. Describens ergo tales spiritus iustitiam ait. **Hec via ipsorum scandalum ipsis et postea in ore suo benedicet.** Sic dicit dominus Iesus christus de quibusdam qui primo accedunt ad fidem mundati verbo dei et exorsissimis in nomine christi: ut accipiant gratias dei ut baptisentur: et postea redeuntes ad peiora mala quam antea commiserant: sicut illi inquit posteriora deteriora porribus. Hoc petrus apostolus: **Bis autem: et erunt posteriora inquit illi homines peiora quam erant priora: Quare: Quia primo vel aptus paganus erat: postea palleat nomine christiano: sub velamine religionis occultus malus est: et fit deterior: quia occultus est: sic ait. et postea in ore suo benedicet: id est nomen dei et nomen christi audis in labiis: in corde non inuenis: de quo dicitur: **Populus iste labiis me honorat: cor autem eorum longe est a me.** Hucusque ergo psalmus tractatus erat. **Beide sic incipiunt versus: hodie discutiendi atque tractandi. Sic oues in inferno posite mors pastor est eis.** Quibus: **Illis quoque via scandalum ipsis.** Quibus: **Illis qui presentia sola attendunt: dum futura non cogitant.** Illis qui vitam non putant nisi istam quam mors dicenda est. Non igitur immerito tanquam oues in inferno mortem habent pastorem. **Quid est mortem habent pastorem: Mors enim aliqua res est: aut aliqua potestas est. Mors nempe separatio est anime a corpore. Mors equidem quam timet homines separatio est anime a corpore. Mors autem vera quam non timent homines separatio est anime a deo. Et plerumque cum timet homines istam quam separat animam a corpore: incidunt in illam ubi anima separat a deo. Hec est ergo mors. Quomodo autem mors pastor est illis: Si vita christus est: mors diabolus. Habemus autem multis locis in scriptura: quia vita est christus: mors autem diabolus est: non quia ipse mors est: sed quia per illum mors. Sive enim illa in qua lapsus****

est Adama ipse persuasione homini perinata est: sive ista in qua separat anima a corpore: ipsum habet auctorem: qui primo per superbiam cades: inuidit statim: et morti inuisibili detecit stantem: ut etiam morte visibili perderet. Ad eum pertinentes pastorem mortem habent. Nos autem qui de futura immortalitate cogitamus: et non sine causa in fronte signum crucis christi portamus: non habemus pastorem nisi vitam. Infidelium pastor mors: fidelium pastor vita. Si ergo in inferno sunt oues quibus pastor mors est: in celo sunt oues quibus pastor vita est. **Quid igitur: Ita in celo sumus: In celo sumus fide. Si ergo in celo: ubi sursum cor: Si non in celo: ubi est quod apostolus Paulus dicit: **Nra enim conuersatio in celis est: Corpe ambulamus in terra: corde habitamus in celo.** Habitamus ibi: si illuc aliquid mittimus quod ibi nos teneat. Nemo enim habitat corde: nisi ubi cogitat. Inde autem cogitat ubi thesaurizat. **Thesaurizauit in terra: cor ipsius a terra non recedit: thesaurizauit in celo: cor ipsius de celo non descendit: dominus apte dicente: **Tibi est thesaurus tuus: illic et cor tuum erit.** Isti ergo quibus mors pastor est: videntur florere ad tempus et iusti laborare. Sed quare: **Quia nox est adhuc. Quid est: nox est: Non apparet merita iustorum: et quasi nota felicitas impiorum. Tadiu videtur herba letior quam arbor: quod diu hiemps est. Herba enim per hiemem viget: arbor per hiemem quasi arida est. Cum sol exierit feruentior tempore est: arbor que per hiemem arida videbatur: expleta folijs: profert fructus: herba autem arefcit. **Uidebunt honorem arbori: herba arida est: Sic et modo iusti laborant antequam veniat estas. Est vita in radice: nondum apparet in ramis. Radix autem nostra caritas est. Et quod ait apostolus: **Ut sursum debeamus hinc radicem: ut vita sit pastor noster: quia habitatio nostra non debet recedere de celo: quia in hac terra debemus sicut mortui ambulare: ut supra viuentes: infra mortui simus: non ut supra mortui: infra viuamus. Quia ergo non debet recedere vita nostra et cor nostrum desuper: quid ait apostolus: **Mortui enim estis. Et ne timeas: vita vestra abscondita est: ait: cum christo in deo. Ecce ubi est radix nostra. Quando autem apparebit honor noster tanquam in folijs et fructibus: sequitur et dicit: **Cum christus apparuerit vita vestra tunc et vos cum illo apparebitis in gloria: et erit mane. Nam modo non est mane. Lumeat modo superbi et diuites huius seculi: impij bonis insultent: infideles fidelibus et dicant: quod vobis predest: quia credidistis: Quid plus habetis: quia christum habetis: Respondeant fideles:**************

Alia lra. placebit.

Alia lra. pascer eos.

Alia lra.
 & cop iusti in
 marurino.

si vere fideles sūt: nox est nō dum videt q̄s
 tenemus. Nō quiescāt man⁹ i bonis ope-
 rib⁹. **Uñ** alibi dī: In die tribulatōnis mee
 deū exquisiui manibus meis: nocte coram
 eo: z nō sum deceptus. Apparebit labor n̄
 mane: z erit fructus mane: vt illi qui modo
 laborāt: postea dominent: et illi q̄ modo se
 iactant z supbiūt: postea subijciant. **Quid**
 em̄ sequit: Sic oues i inferno posite mors
 pastor est eis. **Et dominabunt eis**
recti mane. Puto iam planū esse istum
 v̄sum: quia p̄locuti sum⁹: dominabunt eis
 recti mane. **Tolera noctē:** desidera mane:
 ne putes qz nox habet vitā: z mane nō ha-
 bet vitam. **Ergo** q̄ dormit viuūt: et qui sur-
 git non viuūt. Nonne qui dormit morti si-
 milior est: **Et qui sunt qui dormiūt:** Quos
 excitat apostol⁹ Paulus: si tamē velint cui-
 gilare. **Quibusdam enim dicit:** Surge qui
 dormis: z exurge a mortuis: z illuminabit te
 christ⁹. **Qui** ḡ illuminant a christo: iā vigi-
 lant: sed nōdū apparet fruct⁹ vigiliay. **Ma-**
ne apparebit: id ē cū seculi hui⁹ icerta trāsi-
 erit. **Ipa** ē em̄ nox: nūc tibi vident q̄si tene-
 bre. **Facit male:** viuūt: floret: fret: honoraf.
Facit bñ rephendit: blasphemaf: accusaf:
 laborat: terref: quasi tenebre sunt. **In radi-**
ce aut̄ vigor: fruct⁹: opulētia: vita nōdū ē i
 ramis: sed radix nō aruit: silis arefcenti est:
 sed t̄pus venit: vestit honore suo: fecūdaf
 fructib⁹ suis. **Lūc** illi de quib⁹ scriptū est:
 vt non eos zelemus: **Quid em̄** de illis ait
 psalm⁹: **Quñ** sicut fenū cito arefct: et sicut
 olera prati cito cadent. **Cadēt cū** videbūt
 ad dexterā sanctos q̄b⁹ isultauerūt laborā-
 tibus: z dicēt intra se penitentiā agentes: si
 penitētia sera z infructuosa. **Qui noluerūt**
 mō agere fructuosam: agent tūc infructuo-
 sam. **Quid ḡ** dicēt iam i penitētia infructu-
 osa: **Hi** sunt q̄s aliqñ in risum habuim⁹: z i
 similitudinē impropertj. **Verba** dico libri
 de sapiētia: cognoscūt q̄ ea solent audire.
Verba em̄ s̄ maloz futura qñ videbūt iu-
 dicē: etiāz oēs fideles ad dexterā ei⁹: z oēs
 sanctos ei⁹ cū illo iudicātes: hoc habēt di-
 cere: verba ipoz dicit scriptura. **Hi** sūt q̄s
 aliqñ habuim⁹ in risum: z in similitudinē im-
 propertj: nos insensati vitā illorū estima-
 bamus insaniā. **Cum em̄** ceperit deo q̄sqz
 viuere: mūdum contemnere: iniurias suas
 nolle vlscari: nolle hic diuitias: nō hic que-
 rere felicitatē terrenā: cōtemnere oīa: dñm
 solum cogitare: viā christi nō deserere: non
 solum a paganus dicit insanis: sed qd̄ ma-

gis dolendū est: quia z int⁹ multi dormiūt:
 z vigilare nolūt: a suis christianis audiūt:
 quid pateris: **Fratres** mei homini vinenti
 fm̄ viam christi: qui dicit: **Quid** pateris:
Putamus quid dicit: **Horremus** iudeos
 quia dixerūt domino Iesu christo: demo-
 num habes: z quando audimus euange-
 lio recitari: tundimus pectora nostra. **Sec-**
lera tam rem dixerunt iudei christo: demo-
 num habes. **Age** tu christiane: quādo vi-
 deris de corde hominis expulsū diabo-
 lum: z inhabitare christū: z dicis: quid pa-
 teris: demoniū tibi videt habere. **Victum**
 est z de ipō domino q̄ insaniret: quādo lo-
 quebat verba que illi non caperēt. **Victū**
 est: insanit: demoniū habet: z tamen aliqui
 euigilabant a somno: z dicebant: non sunt
 ista verba demoniū habētis. **Sic** et modo
 fratres q̄d̄iu ista verba audiūt z gentes: et
 qui inhabitāt orbem: z terrigene: z filij ho-
 minū: z diues et paup: id est z qui p̄tinent
 da Adam: z qui p̄tinet ad christū: **Alij** di-
 cunt: demoniū habet: **Alij** dicūt: non sunt
 verba demoniū habentis. **Alij em̄** tenent
 viam seculi: z ista ad tempus audiūt. **Alij**
 nō frustra audiūt: sed faciūt qd̄ dictum est:
Auribus pcipite qui habitatis orbē: z cuz
 agūt ista incertus est fructus. **Sed** qui ma-
 le agūt: z viā seculi eligūt: mors pastor est
 eis. **Qui** aut̄ eligunt viā dei: vita pastor ē
 eis. **Veniet** ipa vita iudicatura: z damna-
 tura cum pastore suo: eos quib⁹ dicit: **Ite**
 in ignē eternū qui p̄paratus est diabolo et
 angelis eis. **Illi** autē quib⁹ insultatū est: et
 qui irisi sunt: quia credebant: audiant ab
 ipa vita quā habēt pastore: **Venite** bene-
 dicti patris mei: pcipite regnū quod vobis
 paratū est ab origine mūdi. **Dominabunt**
 ḡ eis recti: nō modo: sed mane. **Nemo** di-
 cat: q̄re sū christian⁹: iperē iniqs: **Quis** es
 es noli festinare: dominaber: s̄ mane. **Et**
auxiliū eozū veterafcet in inferno a
gloria eoz. **Modo** habēt gloriā: i infer-
 no veterafct. **Quid** ē auxiliū eozū: **Auxi-**
liū de pecunia: auxiliū de amicis: auxiliū
 de v̄tute sua: sed cū mortuus fuerit homo:
 i illa die periet oēs cogitatiōes ei⁹. **Quātā**
 visus est gloriā habere inter homines cum
 viueret: tantā vetustatē z corruptionē sup-
 plicioy hēbit cū mortu⁹ fuerit apd̄ inferos.
Verūtamē deus redimet animā
mea: **Videte** vocē sperātis de futuro: ve-
 rūtamē de⁹ redimet animā meā. **Fortē** vox
 ē adhuc volētis liberari de p̄ssura. **Nescio**

quis in carcere est: dicit: deus redimet animam meam: nescio quis in catena: deus redimet animam meam: nescio quis piculum patit in mari: iactatur fluctibus: et seueritibus tempestatibus quid dicit: **Deus redimet animam meam. Liberari voluit ad istam vitam. Non est autem ista vox huius. Audi quod sequitur. Deus redimet animam meam. De manu inferni cum acceperit me.** Hanc redemptionem dicit quam Christus iam in se ostendit. Descendit enim ad inferos: et ascendit in celum. **Quid vidimus? In capite: inuenimus in corpore. Quod enim credimus in capite: quod viderunt ipsi nobis annunciarunt: et per ipsos videmus: quod unum corpus omnes sumus. Sed meliores illi qui viderunt: nos deteriores quibus annunciatum est. Nam hoc dicit ipsa vita: ipse pastor noster. Insultat enim cuidam discipulo suo dubitanti: et cicatrices palpare cupienti. Et cum palpasset cicatrices exclamauit dicens: **Beatus meus et deus meus. Videns dubitantem discipulum: et intuens totum orbem terrarum crediturum: quod vidisti inquit credidisti: beati qui non vident et credent. Veritatem deus redimet animam meam: de manu inferi cum acceperit me. Sic ergo quid? Labor: persecutio: tribulatio: temptatio. Nihil aliud speres. Ubi gaudium: In spe futura. Nam dicit apostolus: **Semper gaudentes. In tantis tribulationibus: semper gaudentes: semper tristes. Semper gaudentes: quia ipse dixit: Quasi tristes: semper autem gaudentes. Tristitia nostra habet quasi: gaudium nostrum non habet quasi: quia in spe certa est. Quare tristitia nostra quasi habet: Quia sic somnus transit: et dominabuntur recti mane. Non uenit enim caritas vestra: quia qui somnum indicat addit quasi: quasi dicebam: quasi loquebar: quasi predebam: quasi equitabam: quasi disputabam. Totum quasi: quia cum euigilauerit non inuenit quod videbat. Quasi thesaurum inneneram dicit medicus. Si quasi non esset: medicus non esset: sed quia quasi erat: medicus est. Itaque modo qui ad leticias seculares oculos aperit: et cor claudit: transit quasi eorum: et uenit uerum ipsorum. Quasi ipsorum felicitas est seculi: uerum ipsorum pena est. Nostrum autem quasi tristitia est: gaudium non est quasi. Non enim ait apostolus: **Quasi gaudentes semper autem tristes: aut quasi tristes: et quasi gaudentes: sed ait: quasi tristes: semper autem gaudentes. Sicut egeni: et ibi sicut per quasi posuit. Multos autem ditates: et cum hoc diceret: nihil habebat apostolus. Omnia sua dimiserat: diuitias nullas possidebat. Et quod secutus ait: **Quasi nihil habentes: et ipsum nihil habere apostolus quasi erat. Et omnia possidentes: ibi non**********

dixit quasi. Quasi egebat: non autem quasi: sed vere multos ditabat. Quasi nihil habebat: non autem quasi: sed omnia possidebat. Unde vere omnia possidebat: Quia omnium creatori adhebat. Veritatem inquit: deus redimet animam meam de manu inferi cum acceperit me. **Quid igitur? Quid libi uoluit florere? Tu uisurus es hominem florentem malum: et forte titubabit pedes tui: et dicitur es in anima tua: **Beatus ego noui facta huius hominis: quia scelera fecit iste homo: et ecce floret: terret: domiat: extollit: caput illi non dolet: nihil in domo eius diminutum est: et timebis: quia credidisti: et forte dicet cor tuum: me miserum puto: sine causa credidi: deus non respicit res humanas. Excitat ergo nos deus: Et quid dicit? **Ne timearis cum diues factus fuerit homo: Quare enim timebas: quia diues factus est homo: Timebas ne sine causa crederes: ne forte perdidisses laborem fidei tue: et spem conuersionis tue: quia forte incurrit tibi lucrum cum fraude: et potuisti facere ipsum lucrum cum fraude: diues esse et non laborare: et attendens quid minatus est deus: temperasti a fraude et contempsisti lucrum. Uides alium fecisse lucrum de fraude et nihil mali pati: et timeas esse bonus. Ne timearis ait tibi spiritus dei: cum diues factus fuerit homo. Oculos non uis habere nisi in presentia: futura promissit qui resurrexit: pacem in hac terra et requiem non promissit. Omnis homo requiem querit: bonam rem querit: sed non in regione sua illam querit. Non est pax in hac uita: in celo nobis promissum est quod in terra querimus. In futuro seculo promissum est: quod in isto seculo querimus. Ne timearis cum diues factus fuerit homo. **Et cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quare ne timearis: Quoniam non cum morietur accipiet hec omnia: Uides uiuentem: cogita morientem. Quid libi habeat attendis: quod secum tollat attende. Quid secum tollit: Adultum auri habet: multum argenti habet: multum prediorum mancipiorum. Adhoritur: remanet illa: nescit quibus. Et si enim dimittit quibus uult: non seruat quibus uult. Adulti enim et non sibi dimissa acquisierunt: et multi sibi dimissa perdidit. Remanet enim illa omnia: et tulit secum. Quid? Forte dicit aliquis. Illud secum tollit unde inuoluit: et quod illi erogatur ad preciosum et marmoratum sepulchrum ad instruendam memoriam: hoc secum tollit. Ego nec hoc dico. Exhibent enim ista non sentienti. Si dormientem et non uigilantem ornes: in lecto secum illa habet.********

Alia lra.
† interierit.
† sumet.
† non habet.

forte ornamenta insunt in corpore iacens: et forte ille i somnis in pannis se videt. Quod sentit ei plus est: quod non sentit: Quod et illud cui euigilauerit non erit: tamen dormienti magis illud erat quod in somnis videbat: quod illud quod non sentiebat. Quid ergo fratres dicant sibi homines: Eroget ad mortem meam: quare dimitto heredes meos diuites? Multa habebit de meo: habeam et ego aliquid de meo in corpore meo. Quid habebit corpus mortuum: Quid habebit caro putrescens: Quid habebit caro non sentiens: Si aliquid habuit diues ille cui lingua siccauerat: tunc habet homo aliquid de suo. Fratres: nunquid sic legimus in euangelio: quod diues ille cuius olofericis et byssinis tegumentis apparebat in igne: Nunquid qualis erat in epulis ad mesam: talis erat et apud inferos: cum sitiret et stillam desideraret: Non ibi erant illa omnia. Non ergo secum accipit homo omnia: nec quod tollit sepultura: tollit secum mortuus. Ubi enim sensus ibi homo: ubi nullus sensus non est homo. Facet vas quod continebat hominem: domum que habebat hominem: corpus dicam? spiritum dicamus habitatorum domus. Spiritus torquetur apud inferos: quid illi prodest: quia corpus iacet in cinnamomum et aromatibus conditum: inuolutum preciosis linteis: Tanquam si dominus domus mittatur in exilium: et tu ornas parietes ipsius: Ille in exilio eget et fame deficit: vix sibi unam cellam inuenit ubi somnum capiat: et tu dicis felix est. Nam ornata est domus illius. Quis te non aut iocari: aut insanire arbitretur? Ornas corpus: torquet spiritus. Vnde aliquid spiritui: et dedisti aliquid mortuo. Sed quid illi dabis: quoniam unam guttam desiderauit et non accepit: Hic enim contempsit mittere ante se aliquid. Quare contempsit: Quia hec via eorum scandalum est illis. Non putauit vitam nisi presentem: non cogitauit nisi quemadmodum preciosis vestibus obuolutus sepeliere. Ablata est ab illo anima eius: sicut dominus dicit: Stulte hac nocte auferet anima tua: et que preparasti tui erunt: Et impletus est in illo quod iste psalmus dicit: Ne timueris cum diues factus fuerit homo et cuius multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniam non cum morietur accipiet hec omnia. **Neque descendit cum eo gloria domus eius.** **Quoniam anima eius in vita ipsius benediceat:** Intendat caritas vestra: quoniam anima eius in vita ipsius benediceat. Quod diu vixit: bene sibi fecit. Hoc dicunt omnes: sed falso dicunt. Benedictio est ab animo benedicens: non

Alia lra.
† non habet
Alia lra.
† Quia.

ab ipsa vanitate. Quid enim dicis tu? Quia manducauit et bibit: quod fecit quod voluit: quoniam splendide epulatus est: ideo secum fecit bene. Ego dico: fecit secum male: non ego dico: sed christus fecit secum male. Etenim diues ille quoniam quotidie epulabatur splendide: bene secum facere putabatur: cuius autem cepit ardere apud inferos: tunc inuentum est male: quod putabatur bene. Quod enim manducauerat apud superos hoc digerebat apud inferos. Iniquitatem dico fratres quam epulabatur. Manducabat preciosas epulas ore carnis: ore cordis manducabat iniquitatem. Quod apud superos ore cordis manducabat: hoc apud inferos in illis supplicijs digerebat. Et quidem temporaliter manducauerat: in eternum male digerebat. Manducatur ergo iniquitas. Forte aliquis dicit: Quid est quod loquitur: manducatur iniquitas? Non ego dico: audi scripturam. Sicut vna acerba dentibus veratio est: et fumus oculis: sic iniquitas ventibus ea. Qui manducauerit enim iniquitatem: id est qui libenter habuerit iniquitatem: non poterit manducare iusticiam. Panis enim iusticia est. Quis est panis? Ego sum panis viuus: qui de celo descendi. Ipse est panis cordis nostri. Quod qui manducat ore corporis viuas acerbis obrigescit et obstupescit dentes eius: et minus idoneus fit ad manducandum panem: et remanet illi laudare quod videt: et manducare non posse: sic et qui iniquitate usus est: et pastus peccatis in corde: incipit non posse manducare panem: laudat verbum dei: et non facit. Ubi non facit: Quia cuius cepit facere laborat. Quod sentimus laborare dentes pro viuas acerbis cum ceperimus panem manducare: Sed quod faciunt illi quibus obstupuerunt dentes: Exasperant se aliquantum ab viuis acerbis: et redeunt dentes ad stabilitatem suam et incubunt panis: sic et nos laudamus iusticiam. Sed si nos volumus manducare iusticiam: temperemus nos ab iniquitatibus: et nascit in corde: non solum delectatio laudandi iusticiam: sed etiam factitas manducandi. Nam si dicit christianus: deus nouit: quod delectat me: sed non possum facere: quassatos dentes habet: diu manducauit iniquitatem. Ergo et iusticia manducatur. Si non manducaret: non diceret dominus: Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam. Ergo: quoniam anima illi in vita ipsius benedictetur: in morte torquetur. Confitebitur tibi cuius benefeceris ei. Attendite et pascimini: hereat in cordibus vestris: manducate et videte tales: et nolite esse tales: caute et talia verba. Confitebitur tibi cuius benefeceris ei. Quoniam multi sunt christiani fratres

q̄ tūc deo gr̄as agūt: q̄n illis accidit lucrū: b̄ ē: cōfitebit̄ tibi cū b̄n̄fecerit̄ ei: laudabit̄ te: dicit: v̄e q̄ tu es de⁹ me⁹: liberauit me d̄ carcere: ⁊ cōfitebor̄ illi. Venit illi lucrū cōfitef: venit hereditas cōfitef: panis damnū blasphemat. Qualis filius es: quia q̄n te pater emēdat: tūc tibi displicet: Non emēdaret: nisi displiceres: aut si sic displiceres vt odisset: nō ille te emēdaret. **B**ias age ergo emēdatori: vt accipias hereditatē a deo qui te emēdat. **E**rudiris cū emēdaris: sed multum emēdat: q̄ magnū est qd̄ habes accipere. **N**ā si appendas qd̄ emēdaris cuz eo qd̄ acceptur⁹ es: inuenies: quia nihil ē qd̄ emēdaris. **A**p̄ls Paul⁹ b̄ dicit: **E**tenim qd̄ ad p̄sens est tēporale leue tribulatiōis nr̄e: iuxta incredibile modū eterne glorie pondus operat̄ in nobis. **S**ed q̄n: **N**ō respicientib⁹ inq̄t q̄ vident: s̄ que nō vident: non q̄ tp̄alia: sed q̄ eterna. **Q**ue em̄ vident tēporalia sūt: q̄ aut̄ nō vident̄ et̄na. **E**t itē. **N**ō sunt cōdigne passiōes hui⁹ tp̄is: ad futurā gloriā q̄ reuelabit̄ i nobis. **Q**uid ḡ est quod pateris: **S**ed semp pateris cōcedo: ex quo natus es p̄ oēs etates tuas: vsq̄ ad senectā tuam: quousq̄ morieris: puta q̄ b̄ pateris qd̄ est passus **J**ob. **Q**uod ille passus est aliquot dieb⁹: aliquis patiat̄ ab ip̄a infantia. **Q**d̄ pateris trāsit: finit: qd̄ acceptur⁹ es finē nō habebit. **N**olo iam eques penā cū premio: tēporale equa eternitati si potes. **C**ōfitebit̄ tibi cū b̄n̄feceris ei. **N**olite esse tales fratres: videte q̄ p̄pterea dicimus hec: p̄pterea cantam⁹: p̄pterea tractatur: p̄pterea sudat. **N**olite facē ista: negocia v̄ra vos pbant. **A**liq̄n in negocio v̄ro auditis verū ⁊ blasphematis: ecclesiā blasphematis. **Q**uare: **Q**uia christiani estis. **S**i sic est: duco me in pte Bonati: pagan⁹ volo esse. **Q**uare: **Q**uia momordisti panē ⁊ dolent dentes. **Q**ū videbas ip̄m panem laudabas: cepisti māducare ⁊ dolēt dētes: id est q̄n audiebas sermonē dei collaudabas: cum tibi dicit: fac hoc: blasphemas. **N**oli sic velle: hoc dic: bon⁹ ē panis: s̄ ego nō possum illū māducare. **N**ūc aut̄ si oculis vides laudas: cū ceperis dentes p̄mere dicis: mal⁹ ē panis iste. **E**t q̄lis ē ille qui illū fecit: **I**ta fit vt cōfitearis deū: q̄n tibi b̄n̄fecit deus: ⁊ mētians q̄n cantas: b̄ndicā dominū in omni tpe semp laus ei⁹ i ore meo. **E**xigit̄ de corde tuo cātatio labioꝝ tuorū: cantasti in ecclesia: benedicā d̄m̄ in omni tpe. **Q**uō in omni tpe: **S**i omni tpe lucrū:

omni tpe benedicif. **S**i aliq̄n ē damnū nō benedicif: s̄ blasphemaf. **C**erte q̄ nō b̄ndicis in oī tpe: certe q̄ si semp laus ei⁹ in ore tuo est: eris talis qualē mō descripsit. **C**onfitebit̄ tibi cuz b̄n̄feceris ei. **I**ntroibit vsq̄ in p̄genies patrū suorū: **I**d est imitabit̄ patres suos: q̄a iniqui quō sunt: nō habēt fratres vel p̄res: **A**ntiqui iniq̄ patres sunt p̄sentū: ⁊ mō q̄ iniqui sūt: patres sunt posterioꝝ iniq̄rū: quō p̄res iustoz antiqui iusti p̄res sūt iustoz: quō et q̄ mō sunt p̄res: sunt eoz q̄ futuri erūt. **O**stēdere voluit sp̄ssanct⁹: q̄ nō est mala eq̄tas: q̄n ad illā murmurat: s̄ b̄i ab origine vsq̄ ad p̄genie patrū suorū: patrē suū habēt. **B**uos genuit **A**dā: ⁊ in vno inq̄tas: ⁊ i vno iusticia. **I**nq̄tas in **C**ayn: iusticia i **A**bel. **P**reualuisse videt̄ inq̄tas sup iusticiā: q̄ occidit **C**ayn iniustus **A**bel iustū innocentē. **N**ūquid manet: **S**ed d̄siabunt̄ eis recti manet. **V**eniet manet: ⁊ videbit̄ vbi sit **A**bel: ⁊ vbi **C**ayn. **S**ic oēs q̄ s̄m **C**ayn: ⁊ sic oēs q̄ s̄m **A**bel vsq̄ i finē seclī. **I**ntroibit vsq̄ i p̄genies patrū suorū: **V**sq̄ in eternū nō videbit̄ lumen. **Q**uia ⁊ hic cū esset in tenebris erat gaudēs falsis bonis: ⁊ nō amans bona vera: ⁊ iō hinc ad tartarū ibit: a tenebris somnioꝝ excipiet̄ eū tenebre tormētorū. **E**rgo vsq̄ in eternū nō videbit̄ lumen. **S**ed q̄re b̄: **Q**d̄ posuit in medio psalmo: s̄ ⁊ in fine. **H**omo cū in honore esset nō intellexit: comparat⁹ ē iumentis insensatis: ⁊ siles fact⁹ ē illis. **V**os aut̄ fr̄es cōsiderate vos homines factos ad imaginem ⁊ similitudineꝝ dei. **I**mago dei intus ē: nō est i corpe: nō est in aurib⁹ istis q̄s videtis: ⁊ oculis: ⁊ narib⁹: ⁊ palato: ⁊ manibus ⁊ pedib⁹: sed ē facta mens vbi ē intellectus: vbi ē mens: vbi ratio inuigilāde veritatis: vbi ē fides: vbi ē spes v̄ra: vbi caritas v̄ra: **I**bi h̄z de⁹ imaginē suā: v̄l ibi intelligit̄ ⁊ videt̄: q̄ ista trāseūt: q̄ sic dicit in alio psalmo: **Q**uō i imagine abulet̄ hō: tñ vane p̄turbabit̄: thesaurizat ⁊ nescit cui cōgregabit̄ ea. **N**ō turbemī q̄ q̄liacūq̄ s̄ ista trāsitōria sūt: si hoies estis in honore positi ⁊ intelligit̄. **N**ā si hoies i honore positi nō intelligit̄: cōpami iumentis insensatis: ⁊ siles efficiunt̄ illi. **E**xPLICIT **T**rac. de p̄s. XLVIII. **I**ncipit **T**rac. de p̄s. XLIX. **P**refatio **Q**uantū nobis valeat sermo dei ad correctiōz vite et̄ne: ⁊ ad sperāda b̄nia ei⁹: penasc̄q̄ metuēdas: vnus q̄sq̄ in se metiat̄: ⁊ sciētā suā ante oculos

Alia fca.
t̄ insipientibus.

eius sine dolo ponat: ne sibi blandiatur in tanto piculo: quoniam et ipse dominus deus noster: videtis quod nulli blanditur: et si consolatur nos promittendo bona sua: et confirmando spem nostram: male viventibus tamen et contemnētibus verbum suum omnino non parcat. Interrogat se unusquisque cum tempore est: et videat ubi sit: et aut perseueret in bono: aut mutetur a malo. Sicut enim dicit in hoc psalmo: Non quicumque homo: aut quicumque angelus: sed

Expositio psalmi.

Alia lra.
t Et

Deus deorum dominus locutus est. Loquendo autem quod egit: Vocauit terram. **A** solis ortu usque ad occasum: Qui vocauit terram a solis ortu usque ad occasum: dominus noster et saluator est Iesus christus: verbum caro factum est ut habitaret in nobis. **B**ominus ergo noster Iesus christus deus deorum est: quod per ipsum facta sunt omnia: et sine ipso factum est nihil. Verbum dei: si deus est: utique deus deorum est. **E**trium autem sit deus: euangelium respondet: In principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. **E**t si omnia per ipsum facta sunt: sicut consequenter dicit: et deus si quod facti sunt: per ipsum facti sunt. **U**nus enim deus non factus: et verus deus ipse solus. **I**pse autem solus deus: pater et filius et spiritus sanctus: unus deus. **B**ij ergo quorum deus verus est: quod sunt aut ubi sunt: dicit alius psalmus. **B**eatus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos discernit. **A**dbuc nescimus ne forte deus aliqui in celo congregati sunt: et in eorum congregatione: hoc est enim in synagoga stetit deus discernere illos. **V**idete in eodem psalmo quibus dicit: Ego dixi deus estis: et filii excelsi omnes. **V**os autem ut homines moriemini: et sicut unus ex principibus cadetis. **M**anifestum est ergo: quod homines dixit deos: ex gratia sua deificatos: non de substantia sua natos. **I**lle enim iustificat quod per semetipsum non ex alio iustus est: et ipse deificat qui per seipsum non alteri participante deus est. **Q**ui autem iustificat: ipse deificat: quod iustificando filios dei facit. **B**edit enim eis patres filios dei fieri. **S**i filii dei facti sumus: et deus facti sumus: sed hoc gratia est adoptionis: non nature generationis. **U**nicus enim dei filius deus: et cum patre unus deus: dominus et saluator noster Iesus christus: in principio erat verbum: et verbum erat apud deum: verbum deus. **L**eteri quod sunt deus gratia ipsi sunt: non de substantia eius nascuntur ut hoc sint quod ille: sed ut per beneficium perveniant ad eum: et sint coheredes christi. **T**anta enim caritas est in illo herede: ut voluerit

habere coheredes. **Q**uis enim avarus homo velit habere coheredes: **S**ed et qui inuenit vellet: diuidet cum eis hereditatem: minus habens ipse diuidens quam si solus possideret. **H**ereditas autem in qua coheredes christi sumus: non minus copia possessorum: nec fit angustiorem numerositate coheredum: sed tanta est multis quam paucis: tanta singulis quam omnibus. **V**idete inquit apostolus: quale dilectionem nobis dedit deus. ut filii dei vocemur et simus: **E**t in alio loco: **B**ilectissimi filii dei sumus: et non dum apparuit: quid erimus. **E**rgo sumus in spe: non dum in re. **S**cimus autem inquit: quoniam cum apparuerit: similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. **U**nicus similis nascendo: nos similes viuendo. **N**on enim ita similes ut ille qui hoc est quod ille a quo genitus est. **N**os enim similes non equales: ille quia equalis: ideo similis. **A**udiamus qui sunt deus facti iustificati: quia filii dei dicuntur: et deus qui non sunt deus: quibus ille deus deorum terribilis est. **D**icit enim alius psalmus: **T**erribilis est super omnes deos. **E**t quasi quererem: quos deos: quoniam deus gentium demonia. **D**ij gentium demoniorum terribilis: dijs a se factis filijs amabilis. **P**roinde confitentes maiestatem dei utrosque inuenio: et demonia confessi sunt christum: et Iesus christus filius dei viui: dixit **P**etrus. **S**cimus qui sis: tu es filius dei: dixerunt demones. **P**are audio confessionem: sed non parem inuenio dilectionem: imo vobis dilectionem: ibi timorem. **Q**uibus ergo amabilis filii sunt: quibus terribilis filii non sunt. **Q**uibus amabilis deos illos fecit: quibus terribilis non esse deos convincit. **H**i enim deus fuerunt: illi deus putantur. **H**os deos facit veritas: illos error existimat. **B**eatus ergo deorum dominus locutus est. **L**ocutus est multis modis: **P**er angelos ipse locutus est: per prophetas ipse locutus est: per os prophetarum locutus est ipse: per apostolos suos ipse locutus est: per fideles suos ipse loquitur: per humanitatem nostram cum aliquid verum dicimus: ipse loquitur. **V**idete itaque loquendo multipliciter: multis modis per multa vasa: per multa organa: ipse tamen sonat ubique tangendo: modificando: inspirando. **V**idete quid egerit. **L**ocutus est enim et vocauit terram. **Q**ua terra: **A**n forte africam propter eos qui dicunt: eccliam christi pars Bonati est. **S**olam quidem africam non vocauit: sed et africam non separauit. **Q**ui enim vocauit terram a solis ortu usque ad occasum: nullas reliquit partes quas non vocauerit

in sua uocatione et africanam inuenit. Gaudeat ergo in uinitate: non superbiat in diuisione. **Beneficimus**: quia uox dei deorum: et in africanam uenit: non in africa remansit. **Uocauit enim terram** a solis ortu usque ad occasum. **Non est ubi lateant insidie hereticorum**: non habent in qua se umbra falsitatis abscondant. **Nec enim est qui se abscondat a calore eius**. **Qui terram uocauit**: et totam terram uocauit. **Qui terram uocauit**: tantam uocauit quantum fabricauit. **Quid mihi exurgunt pseudo christi et pseudo prophete**: **Quid est quod me uerbis captiosis illaqueare moluntur dicentes**: **Ecce hic est christus**: ecce illic est: **Non audio ostendentes partes**: deus deorum totum mihi ostendit: qui uocauit terram a solis ortu usque ad occasum: totum redemit: partes autem id est calumniantes condemnauit. **Sed audieram a solis ortu usque ad occasum uocauit terram**. **Unde cepit uocare quod uocauit**: **Et hoc audite**. **Ex syon species decoris eius**. **Certe recordat psalmus euangelio dicenti**: **Per omnes gentes**: incipientibus ab hierusalem. **Audi per omnes gentes**: uocauit terram a solis ortu usque ad occasum. **Audi incipientibus ab hierusalem**: ex syon species decoris eius. **Ergo uocauit terram** a solis ortu usque ad occasum: concordat uerbis domini dicentis: **Sportebat christum pati**: et resurgere a mortuis tertia die: et predicari in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes. **Omnes enim gentes**: a solis a solis ortu usque ad occasum. **Quod uero ex syon species decoris eius**: quod inde cepit decus euangelii eius: quod inde annunciarum cepit speciosus forma pre filiis hominum: concordat uerbis domini dicentis: **Incipientibus ab hierusalem**. **Locuntur noua ueteribus**: uetera nouis. **Sicut ad inuicem seraphim duo**: **Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth**. **Hec consonant duo testamenta**: et unam uocem habent duo testamenta: audiatur uox concinentium testamentorum: non calumniantium exheredatorum. **Fecit ergo ista deus deorum**: uocauit terram a solis ortu usque ad occasum: ex syon procedente specie sua. **Ibi enim erant discipuli qui acceperunt spiritum sanctum** quadragesimo post resurrectionem eius die missum de celo. **Inde euangelium**: inde predicatio: inde impletur orbis terrarum: et hoc in gratia fidei. **Non cum ipse dominus uenisset**: quia passurus uenit: occultus uenit: et cum esset fortis in se: infirmus in carne apparuit. **Sportebat eum uideri ut non intelligeret**: pretemini ut occideret. **Erat glorie**

species in diuinitate: sed hec latebat in carne. **Si enim cognouissent**: nunquam dominum glorie crucifixissent. **Sic ergo inter iudeos**: sic inter inimicos ambulauit occultus: mira facies: mala patiens: donec suspenderet in ligno: uideretque pedentem iudei magis magisque preterneret: et ante crucem caput agitates diceret: **Si filius dei est**: descendat de cruce. **Occultus ergo erat deus deorum**: et uoces edebat magis ex compassione nostra: quam ex maiestate sua. **Ubi enim ille uoces nisi ex nobis assumptas**: **Deus deus meus** ut quod me dereliquisti: **Quia autem pater filium dereliquit**: aut filius patrem: **Nonne unus deus filius et pater**: **Nonne uerissimus**: ego et pater unus sumus: **Ubi ergo deus deus meus** ut quod me dereliquisti: nisi quia in carne infirmitatis agnoscebat uox peccatoris: **Qui enim suscepit similitudinem carnis peccati**: cur non susciperet similitudinem uocis peccati: **Occultus ergo deus deorum**: et cum inter homines ambulauit: et cum esuriuit et sitiuit: et cum fatigatus sedit: et cum lassato corpore dormiuit: et cum apprehensus: et cum flagellatus: et cum ante iudicem positus: et cum superbienti respondit: **Non haberes in me potestatem**: nisi data tibi fuisset desuper: et quod ductus ad uictimam coram tondente se non aperuit os suum: et quod crucifixus: et quod sepultus: semper occultus deus deorum. **Quid postea quam resurrexit**: **Mirati discipuli**: et primo non crediderunt: donec tangeret atque palparet: **Et caro resurrexerat**: quia caro mortua erat: **Diuinitas que mori non poterat**: adhuc etiam in carne resurgens latebat. **Uideri forma potuit**: teneri membra: palpari cicatrices: uerbum per quod facta sunt omnia: quis uidet: quis tenet: quis palpat: **Et tamen**: uerbum caro factum est: et habitauit in nobis: **Et qui tenebat hominem** **Thomas intelligebat** ut poterat deum. **Palpatis enim cicatricibus exclamauit**: **Domine meus** et deus meus. **Ostendebat tamen dominus eam formam**: eamque carnes quam in cruce uiderat: que in sepultura posita fuerat. **Fuit cum eis quadraginta dies**: impijs iudeis non se demonstrauit. **Illis demonstrauit se** qui in eum crediderant antequam crucifigeret: ut quos crucifixus dimiserat titubantes: resurgens faceret fortes. **Beinde quadragesimo die commendans ecclesiam suam**: id est uocatum a solis ortu usque ad occasum: ne haberet excusationem quod uolunt in scismate deperire: ascendit in celum: dicens eis: **Eritis mihi testes in hierusalem**: **Ubi species decoris eius**: et in tota iudea: et

samariā: et usque in totam terrā. **H**is enim dictis: nubes suscepit eum: Intuebant illi quem nouerant: nouerant tamen in humilitate non dum in claritate. **E**t cum ab eis iret in celum: admoniti sunt voce angelica dicente: **Q**uid statis viri galilei: **H**ic Iesus quem videtis ire: sic veniet quem admodum videtis eum euntem in celum. **A**scendit ergo: **R**egressi illi letantes manserunt in ciuitate secundum eius preceptum donec impleantur spiritu sancto. **Q**uid autem dictum erat **T**home palpanti: **Q**uia vidisti credidisti: beati qui non viderunt et crediderunt. **P**redicti sumus: terra illa vocata a solis ortu usque ad occasum non vidit et credit. **O**ccultus ergo deus deorum: et eis inter quos ambulauit: et eis a quibus crucifixus est: et eis a quorum oculis resurrexit: et nobis qui credimus in celo sedentem quem non vidimus in terra ambulantem. **S**ed si non videremus nonne hoc videremus quod iudei viderunt et crucifixerunt: **P**lus est quod non videtes christum credimus deum: quam quod illi videntes non nisi hominem putauerunt. **I**lli denique male putando mortificauerunt: nos bene credendo viuificabimur. **Q**uid ergo fratres: **I**lle deus deorum et tunc occultus: et modo occultus: nunquid semper occultus: **N**o plane: **A**udi sequentia. **D**eus manifestus veniet. **Q**ui venit occultus: veniet manifestus. **V**enit occultus iudicandus: veniet manifestus iudicaturus. **V**enit occultus ut ante iudicem staret: veniet manifestus ut etiam de iudicibus iudicet. **V**eniet manifestus et non silebit. **Q**uid enim modo silet: **E**t vni sunt que dicimus: vnde ista precepta: vnde ista monita: vnde ista tuba terroris: **N**o silet: et silet. **N**o silet admonedo: silet a iudicando. **N**o silet precepto: silet a iudicio. **P**atit enim peccatores quotidie mala facientes: deum non curantes: non in conscientia sua: non in celo: non in terra: non enim latent hec omnia: et vniuersalis oes admonet: et quoniam aliquos flagellat in terra admonitio est: non dum damnatio. **S**ilet ergo a iudicio: occultus in celo est: adhuc interpellat pro nobis. **P**atens est super peccatores: non exercens iram: sed expectans penitentiam. **V**icit alio loco: **L**acui: nunquid semper tacebo: **Q**ui ergo non tacebit: **D**eus manifestus veniet. **E**t quis deus: **D**eus noster: et ipse deus. **Q**uis deus noster: **N**o enim deus est qui non est noster deus: **B**ij genitum demonia. **D**eus christianorum verus deus. **I**pse veniet sed manifestus: non adhuc illudens: non adhuc alapadus: non adhuc flagelladus. **V**eniet: sed manifestus: non adhuc calamo

Alia lra.
et manifeste.

Alia lra.
et deus noster.

in capite percutiendus: non adhuc crucifigendus: occidendus: sepeliendus: quia hec omnia occultus deus pati voluit: **V**eniet manifestus et non silebit. **Q**uia vero ad iudicium veniet: sequentia docent. **I**gnis ante eum prebit. **T**imeamus: mutemur: et non timebimus. **I**gne palea timeat: auro quid facit: **E**st autem nunc in potestate quid facias: ne illud quod et te nolente venturum est: non correctus experiaris. **S**i enim possemus facere fratres: ut dies iudicij non veniret: puto quia nec sic erat male viuendum. **S**i non veniret ignis diei iudicij: et sola peccatorum imineret sepelio a facie dei: quilibet essent affluetia deliciarum: non videtes a quo creati sunt: et separati ab illa dulcedine ineffabilis vultus eius: in qualibet eternitate et impunitate peccati: plangere se deberent. **S**ed quid loquar: aut quibus loquar: **H**ec amantibus pena est: non contemnentibus. **Q**ui dulcedinem sapientie et veritatis vitium sentire ceperunt: nouerunt quod dico: quanta pena sit tantummodo a facie dei separari. **Q**ui autem illam dulcedinem gustauerunt: si nondum desiderant dei faciem: timeant vel ignem: supplicia terreat quem premia non inuitant. **V**ile tibi est quod deus pollicetur: contemisce quod minatur. **V**eniet dulcedo presentie: non mutans: non excitaris: non suspiras: non desideras. **A**mpleraris peccata tua: et delicias carnis tue: stipulam ad te congeris: veniet ignis. **I**gnis in conspectu eius ardebit. **N**o erit iste ignis sicut focus tuus: quo tamen si manum mittere cogaris: facies quicquid voluerit qui hoc minatur. **S**i tibi dicat: scribe contra caput patris tui: scribe contra capita filiorum tuorum. nam si non feceris: manum tuam mittere in focum tuum: facies ne ardeat manus tua: ne ardeat ad tempus membrum tuum: non semper in dolore futurum. **A**minat ergo inimicum tam leue malum: et facit malum: minatur deum eternum malum: et non facis bonum. **A**d malum faciendum: nec mine te compellere deberent: a bono faciendo nec mine te terre deberent. **A**minis enim dei: minis eterni ignis prohiberis a malo: inuitaris ad bonum: **U**nde piget: nisi quia non credis: **E**xcutiat ergo vnusquisque cor suum: et videat quid ibi fides teneat. **S**i credimus futurum iudicium fratres: bene viuamus. **T**empus misericordie nunc est: tempus iudicij tunc erit. **N**emo dicet: reuoca me ad pores annos. **P**enitebit et tunc: sed frustra penitebit. **N**o pe-

Alia lra.
et non habet
partem ver-

niteat cū fruct⁹ est penitēdi: mō adhibeat
ad radices arboris cophin⁹ stercois: id ē
cordis luct⁹ ⁊ lachrymar: ne veniat vēt⁹ ⁊
radicet. **Lū** enī eradicauerit: iā ignis expe
ctat. **Nō** ⁊ si fracti sūt rami: pñt rursus in
seri: **Lūc** oīs arbor q̄ nō facit fructū bonū
excidet ⁊ in ignē mittet. **Ignis** in conspe
ctu eius ardebit. **Et in circuitu eius**
tempestas valida. **Valida** tempestas
vētilatura tā magnā aerā. **Hac** tēpestate:
erit illa ventilatio qua separabit a sanctis
oē immūdū: a fidelib⁹ oīs simulatio: a pijs
⁊ tremētib⁹ verbū dei: oīs cōtēptor ⁊ sup
bus. **Modo** enī mxtura quedā iacet a so
lis ortu vsq; ad occasum. **Uideam⁹** q̄ quō
faciet qui ventur⁹ ē tēpestate illa: qd̄ factu
rus: q̄ erit in circuitu ei⁹ ptās valida. **Pro**
culdubio ista tēpestat quādā separationem
factura ē. **Ista** est illa separatio quā nō ex
pectauerūt: qui anteq̄ ad lit⁹ venirent re
tia diruperūt. **In** illa vero separatione fit
quedā maloz ⁊ bonoz distinctio. **Alij** sūt
enī sequētes nūc christū: expeditis hūme
ris sine sarcina curarū seclariū: qui nō fru
stra audierūt: **Si** vis eē pfect⁹ vade vende
oīa q̄ habes ⁊ da paupib⁹: ⁊ habebis the
saurū in celo: et veni sequere me: q̄lib⁹ di
citur: **Sedebit** sup duodecim sedes iudi
cantes. xij. tribus isrl. **Alij** q̄ erūt iudican
tes cū dño: alij vero iudicandi: sed ad de
xterā ponendi. **Nā** qz erūt quidā iudican
tes cū domino: habem⁹ aptissimū testimo
niū: qd̄ mō cōmemorauit: sedebitis sup. xij
sedes iudicātes. xij. tribus isrl. **Sz** dic̄ ali
quis. **Duodecim** illic apostoli cōsedebūt
nō amplius: vbi q̄ erūt apls Paul⁹: **Nū**
quid inde separat⁹ est: **Absit** vt hoc dica
mus: absit vt h̄ vel taciti cogitem⁹. **Quid**
si ergo in loco Jude ipse residebit: **Sz** ma
nifestauit sc̄ptura diuina: q̄s in Jude loco
sit ordinatus. **Matthias** enī ē exp̄sse noīa
tus in actibus ap̄loz: vt de illo dubitare
nō possum⁹. **Eadē** q̄ **Juda** ipler⁹ est nu
merus duodenari⁹. **Lū** q̄ ille numer⁹ duo
denari⁹ occupauerit duodecim sedes: nō
iudicabit Paulus apls. **An** forte stās iu
dicabit: **Nō** ita ē. **Non** faciet h̄ ille iusticie
retributor: nō oīno stans iudicabit q̄ plus
oibus illis laborauit. **Certe** vel iste vnus
ap̄ls Paulus cogit nos diligēt⁹ cogitare
⁊ p̄scrutari: q̄re dicte sūt. xij. sedes. **Inueni**
m⁹ enī ⁊ alios numeros in scripturis multi
tudine significantes. **Quinq;** virgines ad
mittunt: q̄nq; excludunt. **Ubilibet** intelli

ge virgines siue in castitate atq; in integri
tate cordis: vbi debz virgo eē tota ecclia:
cui dicat: **Responsaui** vos vni viro: virgi
nem castā exhibere christo: siue in his fe
minis que etiā integritatē carnis dicatam
habēt deo. **Nūquid** in tot milibus q̄nq;
sunt: **Sz** in quinario numero intelligit cō
tinētia a quinq; sensibus carnis. **Etenim**
multis venit corruptio per oculos: multis
p̄ aurē: multis p̄ illicitū olfactū: multis per
nefariū gustū: multis per adulterinū am
plexū. **Ab** his omnib⁹ quinq; ianuis cor
ruptionis: quicūq; cōtinēt ⁊ sic cōtinēt vt
in sua cōscientia gliam habeant: nō laudē
ab hoibus expectēt: q̄nq; sunt vrgines sa
pientes h̄ntes oleū secū. **Quid** ē oleū ha
bētes secū: **Gl̄ia** n̄ra hec ē: testimoniū con
scie nostre. **Rursus** ille qui apud inferos
torq̄bat: habeo ibi inq̄t quinq; fr̄es: intelli
gitur p̄pls iudeorum sub lege posit⁹: quia
Moyse legislator q̄nq; libros p̄scripsit:
Itē dñs post resurrectionē iubet mitti re
tia in dexterā ptē: leuant pisces cētū quin
quaginta tres. **Et** cū tā magni eēt: ait euā
gelista: retia non sunt dirupta. **Etenim** ante
passionē iussit immitti retia: nō dicēs in de
xterā ptē neq; in sinistrā: qz si in dexterā di
ceret: solos bonos significaret: si in sinistrā
solos malos. **Ubi** autē tacet dextera ⁊ sini
stra: mixti accipiūt boni ⁊ mali. **Capti** sūt
aut tunc: sicut euāgelij veritas attestat: taz
mitti vt retia rūperent. **Significabat** enī il
la captura hoc t̄pus: retia rupta significāt
cōcisiones ⁊ scissuras hereticoz ⁊ scisma
ticoz. **Qd̄** aut post resurrectionē suā dñs
fecit: post resurrectionē nostrā nobis futu
rum significauit: in illo numero regni celo
rū vbi nullus erit malus. **Propterea** retia
q̄ in dexterā partē missa sunt: dexteros ex
p̄sserūt: remotis sinistris. **Nūquid** tñ i illis
dextris centū quinquagintatres soli iusti
erūt: **Milia** milū scriptura significat. **Le**
gite apocalypsim: duodecies duodena mi
lia fortasse sicut ibi intelligit ex solo popu
lo iudeoz futura sunt. **Attendite** martyriū
nūerositatē. **Sola** in primo q̄ dicat massa
candida: plus habet q̄ centū quinquagin
tates martyres. **Postremo** septē illa mi
lia de quib⁹ r̄ndet **Helie**: reliqui mihi septē
milia virozū qui nō curauerūt genua an
te **Baal**: longe istum piscium numerū su
perant. **Centum** ergo quinquaginta tres
p̄sces: non tantum numerū sanctorū signi
ficāt: s̄ vniuersū sc̄tozū et iustozū numerū.

Certa cā tāto numero significat scriptura: vt oēs intelligant in illis centū q̄nquaginta tribus p̄tinētes ad resurrectionē vite eterne. Etenim lex h̄z decē p̄cepta: sp̄s autē gr̄e p̄ quā sola lex implet septiformis legit. **B**is cutiend⁹ q̄ numer⁹: q̄d sibi velint decē et septē: decē in p̄ceptis: septē ī gr̄a sp̄s sancti: p̄ quā gr̄am implet p̄cepta. **B**ecē q̄ et septē tenēt oēs p̄tinētes ad resurrectionē: ad dexterā: ad regnū celoz: ad vitā eternā: id ē legē implētes p̄ gr̄am sp̄s: nō quasi p̄ op⁹ suū aut p̄ meritū suū. **B**ecem autē et septē si numeres ab vno vsq; ad decē et septē addendo numeros: oēs gradatim vt ad vnū addas duo: ad duo addas tres: ad tres addas quattuor: et sūt decē: addēdo q̄nq; vt fiant q̄ndecim: addendo sex vt fiāt vigintiū: addēdo septem vt fiāt viginti octo: addendo octo vt fiāt triginta sex: addēdo nouē vt fiant q̄draginta q̄nq;: addēdo decē vt fiant q̄nquaginta q̄nq;: addēdo vndecim vt fiāt sexaginta sex: addendo duodecim vt fiant septuaginta octo: addendo tredecim vt fiant nonaginta vnū: addēdo quatuordecim vt fiant centū q̄nq;: addendo q̄ndecim vt fiant cētum viginti: addendo sedecim vt fiant cētū triginta sex: addēdo decē et septē efficiunt cētū q̄nquaginta tres: inuenies ingentē numerū oim sanctorū p̄tinere ad hūc numerū pisciū paucoz. **Q**uō autē in q̄nq; virginib⁹ innumerabiles virgines: quō in q̄nq; fratrib⁹ illi⁹ qui torq̄bat apud inferos milia populi iudeoz: quō in numero centū quinq̄gintatruū pisciū milia miliū sanctorū: sic in duodecim sedib⁹ non xij. hoies: s̄ magn⁹ ē numer⁹ p̄fectoz. **S**ed video q̄d p̄sequēter requirat a nobis: quomō de q̄nq; virginib⁹ reddita est rō: quare ad q̄nq; multe p̄tinēat: et quare ad q̄nq; illos multi iudei: et quare ad centū quinquaginta tres multi p̄fecti. **O**stēde q̄re et quomodo ad. xij. sedes: nō. xij. hoies: s̄ multi p̄tineant: quid sibi volunt. xij. sedes q̄ signicāt oēs vndiq; qui tā p̄fecti eē potuerunt: q̄ p̄fectis dictum ē: sedebitis sup. xij. sedes iudicātes duodecim trib⁹ isrl. **E**t q̄re oēs vndiq; ad duodenariū numerū p̄tinēt. **Q**uia ip̄m vndiq; q̄d dicim⁹ de toto mundo dicim⁹. **O**rbis autē terraz q̄tuor designatis p̄tibus continet: oriente: occidente: meridiano: et aquilone. **A**b his omnib⁹ partibus vocati in trinitate et p̄fecti fide: et p̄cepto trinitatis: q̄m ter quaterni duodecim fiunt. agnoscetis quare ad totū orbem

p̄tineant sancti: qui sedebūt sup. xij. sedes iudicaturi. xij. tribus isrl: qz et duodecim tribus isrl totius isrl. xij. tribus sūt. **S**ic enim iudicaturi ex toto mūdo: sic et iudicādi ex toto mūdo. **A**p̄ls de se **P**aulus dū argueret fideles laicos: qz iudicia sua nō deferebant ad eccliam: s̄ ad publicum pertrabant eos cū quib⁹ habebant: ait: **N**escitis qz angelos iudicabim⁹? **E**videte quēadmodū iudicē se fecit: nō solū se s̄ et omnes qui recte iudicant in ecclesia. **C**ū ergo manifestum sit multos cū dño iudicaturos: alios vero nō tamē ex equo s̄ pro meritis iudicandos: cum omnib⁹ angelis suis veniet: quādo ante eum cōgregabunt omnes gētes: et inter omnes angelos deputādi erūt illi qui tā p̄fecti fuerint vt sedentes sup. xij. sedes iudicēt. xij. trib⁹ isrl. **E**tenim hoies dicti sunt angeli. **A**p̄ls de se dicit: **S**ic angelū dei suscepistis me. **B**e **J**oh̄e baptista dicit. **E**cce mitto angelū meū ante faciē tuā: q̄ p̄parabit viā tuā aī te. **E**rgo cū omnibus angelis veniens: simul secū habebit et factos. **A**perte enī dicit et **E**saías: **V**eni et ad iudiciū cū senioribus populi. **I**sti ḡ sunt seniores populi: isti itaq; angeli noiati: ista milia multoz p̄fectoz de toto orbe venientū celū vocant. **I**lla vero terra s̄ fructuosa: q̄ terra fructuosa in dextera ponenda cui dicitur: **E**surui et dedistis mihi māducare. **V**ere terra fructuosa cui gaudet ap̄ls q̄m ei miserūt ad necessitates eius: nō qz quero datū inquit: sed requiro fructū. **E**t gr̄as agit dicēs: qz tandē aliquādo repullulastis p̄ me sapere. **R**epullulastis vt arborib⁹ dicit: que sterilitate exaruerāt q̄dam. **V**eniens itaq; domin⁹ ad iudiciū vt iā psalmum fr̄es audiam⁹: q̄d factur⁹ ē: **A**duocauit celum sursum. **C**elū omnes sanctos perfectos iudicaturos: ad uocauit eos sursum: sessuros secū iudicaturos. xij. tribus isrl. **Q**uō enim aduocauit celum sursum: cū semp sursum sit celū: s̄ q̄s h̄ celū dicit: eosdē celos alibi appellat. **Q**uos celos: **Q**ui enarrant gloriā dei. **C**eli enim enarrant gloriā dei: de quibus dicitur: **I**n omnem terrā exiuit son⁹ eoz: et in fines orbis terre verba eozum. **E**videte enī discernētem deū in iudicio. **A**duocauit celum sursum. **E**t terrā discernere populū suū. **A** quibus nisi a malis: **B**e quibus hic postea nō fit mentio: iā tā q̄s dijudicatis ad penā. **I**stos bonos vide et distingue. **A**duocauit celū sursum: et

**Psalmi
Ioe.**

terrā discernere pplm suū. **C**locat z terraz: nō tñ p̄cernēdā: sed discernēdā. **P**ro enī cōmixtos vocauit: qm̄ locut' ē de' deoz et vocauit frā: **A** sol ortu vsq; ad occasū: nō duz discreuerāt hui illi q̄ missi crāt inuitare ad nuptias: q̄ p̄gregauerāt bōos z malos. **C**ū vero de' deoz manifestus veniet z nō silebit: sic aduocauit celū sursū vt iudicet cū illo. **Q**uō enī celū ipi celi: sicut que terra ipse terre: sicut q̄ ecclia ipse ecclie. **A**duoca uit celū sursū. z terrā discernere pplm su um. **I**n cū celo terrā discernit: id est celum cū illo terrā discernit. **Q**uō discernit fraz: **E**t alios ponat ad dexterā: alios ad sinistrā. **T**erre autē discrete qd̄ dicit: **E**tenite benedicti patris mei: p̄cipite regnū qd̄ vobis paratū ē ab origine mūdi: **E**surui enī z dedisti mihi māducare. **E**t cetera. **I**lli autē **Q**uā te vidim' esurientē: **E**t ille: **C**ū vni ex minimis meis fecisti mihi fecisti. **C**elū fre ostēdit minimos suos iā sursū vocatos: z ab hūilitate exaltatos. **C**ū vni ex minimis meis fecisti mihi fecisti. **A**duocauit q̄ celū sursū: z terrā discernere pplm suū. **C**ōgregare illi iustos ei'. **G**lor diuina z p̄phetica vidēs futura tāq; p̄sētia: exhortat āgelos p̄gregātes. **M**ittet enī āgelos suos z p̄gregabūt an̄ est oēs gētes. **C**ōgregare illi iustos ei'. **Q**uos iustos nisi viuētes ex fide: faciētes opa misericordie: **E**tenī opa illa iusticie opa sūt. **H**abes euāgelii: **L**auete iusticiā vestrā facere corā hoib': vt vide amini ab eis. **E**t quasi q̄reret quā iusticiā: cū ergo facis elemosynā inquit. **E**rgo elemosynas opa iusticie eē significauit. **I**pos p̄gregare iustos ei': eos p̄gregate q̄ cōpasi sūt inopi: q̄ intellexerūt sup egenū z pauperē. **C**ōgregare illos: cōseruet eos dñs z viuificet eos. **C**ongregate illi iustos eius. **Q**ui disponūt testamentū ei' sup sacrificia. **I**d est qui cogitant d̄ p̄missis ei' sup illa que opant. **I**psa sūt enī sacrificia deo dicēte: misericordiā volo pl' q̄ sacrificiū. **Q**ui disponūt testamētū ei' sup sacrificia. **E**t annūciabūt celi iusticiam eius. **T**ere hāc iusticiaz dei celi nob̄ annūciauerūt: euāgeliste p̄dixerūt. **P**er illos audiuim' futuros q̄sdā ad dexterā: q̄ b' dicit paterfamilias: **E**tenite b̄ndicti patris mei p̄cipite. **Q**uid p̄cipite: **R**egnū. **P**ro q̄ re: **E**surui z dedisti mihi māducare. **Q**uid tā vile: qd̄ tā terrenū q̄ frangere panē esurienti: **T**āti valet regnū celorum. **F**range esurienti panē tuū: z egenū sine te

cto induci domū tuā: **S**i videris nudū vesti. **S**i nō habes facultatē frangēdi panē: nō habes domū quo inducas: nō habes vestē quo coopias: da calicē aque frigide: mitte duo minuta i gazophylatiū. **T**antū emit vidua duob' minutis: q̄ntū emit **P**etr' relinqns retia: q̄ntū emit **Z**ache' dādo dimidiū p̄rimonii. **R**egnū dei tanti valet q̄ntū habuer'. **A**nnūciabūt celi iusticiā ei'. **Q**uō de' iudex ē. **T**ere iudex: nō p̄cernēs s̄ discernēs. **N**ouit enī dñs qui sūt ei'. **E**t si grana latēt i palea: agricolē nota sūt. **N**emo timeat esse granū etiāz inter paleā: nō fallunt oculi vētilatoris nr̄i. **N**oli timere: ne illa tēpestatas que erat in circuitu eius p̄cernat te cū palea. **C**erte valida erit tēpestatas: nullū tñ gnū tollet a pte tritici ad paleam: qz nō quilibet rustic' cū tridente sed de' trinitas iudex est. **E**t annūciabunt celi iusticiā ei': qm̄ de' iudex est. **E**ant celi: annūciēt celi: i oēm terrā exeat son' eoz: z in fines orbis terre vba eoz: **E**t dicat illd̄ corpus: a sinib' terre ad te clamaui: dñs auget cor meū. **A**dō enī p̄cretū gemit: discretū gaudebit. **C**lamet z dicat: **N**e cōpdas cū ipijs aiāz meā: z cū viris sanguinū vitā meā. **N**ō cōpdit: qz de' iudex est. **C**lamet illi z dicat. **J**udica me dñe z discerne cām meā d̄ gēte nō sc̄tā. **B**icat ille: faciet ille: cōgregabūt ei iusti ei'. **C**locauit terram vt discernat pplm suū. **A**udi pplm me' et loquar tibi: **I**lle q̄ veniet z non silebit: videte qz z mō si audit nō silet. **A**udi popul' me' z loquar tibi. **N**ā si non audis: et si loquar nō tibi. **Q**uā q̄ tibi loquar: **S**i audis. **Q**uā audis: **S**i pplm me' es. **A**udi enīz pplm me': nō audis si pplm alien'. **A**udi popul' me' z loqr tibi. **I**srael z testificabor tibi: **I**srael audi: pplm me' audi. **I**sr̄ nomē electiōis est. **N**ō vocaberis **J**acob: s̄ vocaberis israel. **E**rgo audi sic israel: sic vidēs deū: z si nō dū specie: s̄ iā fide. **H**oc enī interpretat israel vidēs deū. **Q**ui habet aures audiēdi audiat: z qui h̄z oculos vidēdi videat. **A**udi isrl' z testificabor tibi. **Q**uō sursū dixit pplm me': **H**i p̄seq̄nti isrl'. **E**t qd̄ dixit sursū loqr tibi: **H**i p̄seq̄nti testificator tibi. **Q**uid loqr dñs de' n̄f pplō suo israeli suo: **Q**uid testificabit audiam'. **B**e' de' tu' ego sū. **B**e' ego sū: de' tu' sū. **Q**uō de' ego sū: **S**icut **M**oyse dictū est: ego sūz q̄ sū. **Q**uō de' tu' sū: **E**go sū de' **A**braā et de' **I**saac z de' **J**acob. **S**ū de': z tuus sū deus: z si tu' nō sū de': sum deus. **B**ono

Alia lra.
† sancros.

Alia lra.
† ordinat.

Alia lra nō h̄z

meo de^o sū: malo tuo non sum deus tuus. Etenī deus tu^o: ei pprie deus quē familia rius habet de^o: tanq̄ in mācipio suo: tāq̄ in peculio suo. **Be^o de^o tu^o sū ego.** Quid vis ampli^o? Preciū queris a deo: vt aliqd tibi det deus: vt qd tibi dederit tuū sit. Ec ce ipse de^o q̄ dabit tu^o est. Quid eo dulci^o? **Bona** q̄rebas: ipm donatorē habes: deus deus tu^o ego sum. Quid querit ab homie videam^o de^o noster: impator z rex noster. Qd vectigal nobis indicit: quō voluit eē rex noster: z voluit nos esse puincia suaz: **Audiam^o indictōes ei^o:** nō trepidet pau per sub indictōe dei. Qd sibi de^o dari in dicit: ipē pri^o donat qui indicit: vos tm̄ de uoti estote. **Nō** eriget deus qd nō dedit: z omnib^o dedit qd erigit. Quid enīz erigit? **Audiam^o iam.** **Nō supra sacrificia tua arguā te.** **Nō** tibi dicā: quare nō mi hi pingue tauz mactasti: quare nō de gre ge tuo optimū hircuz elegisti: quare aries ille ambulat in ouib^o tuis: z in ara mea nō ponit. **Nō** dicā inspicere agros tuos z curte tuā: z parietes tuos: querēdo qd mibi des. **Nō** sup sacrificia tua arguam te. Quid q̄? **Nō** acceptas sacrificia mea. **Holocausta aut tua i^o spectu meo sūt semp.** **Holocausta** quedam de quib^o in alio psal mo dī: **Si** voluisses sacrificiū dedisse: vti q̄ holocaustis nō delectaberis. **Et** rursus puertit se: sacrificiū deo spirit^o tribulatus: cor stritū z hūiliatū de^o non spernit. **Que** sūt q̄ holocausta q̄ nō spernit: **Que** holo causta que in p̄spectu ei^o sūt semp? **Benig ne** inq̄t fac dñe in bona volūtate tua syō: z edificent^o muri hierlm̄. **Tūc** acceptabis sacrificiū iusticie: oblatiōes z holocausta. **Bicit** quedā holocausta deū accepturuz. **Quid** est aut holocaustū? **Totū** igne absum ptū. **Causis** incēsiō est: holon totū est. **Holo caustū** aut ē totū igne absumptū. **Est** q̄ dā ignis flagrantissime caritatis. **Animus** inflāmet caritate: arripiat eadē caritas mē bra i vsuz suū: nō ea pmittat militare cupi ditati: vt tot^o exardescat igne amoris diuini q̄ vult offerre deo holocaustū. **Talia** holo causta tua in p̄spectu meo sūt semp. **Ad** huc iste israel forte nō intelligit q̄ holocau sta ei^o i^o spectu suo habeat semp: z adhuc d bob^o de ouib^o z hircis cogitat. **Nō** cogi tet. **Nō** accipiā d^o domo tua vitulos **Holocausta** noiaui: iā aīo z cogitatiōe ad terrenos greges currebas: inde pingue: mī hi aliqd eligebas. **Nō** accipiam de domo

Alia lra.
f in sacrificijs
tuis.

tua vitulos. **Prēnūciat** testamētuz nouū: vbi oīa illa sacrificia vetera cessauerunt. **Erāt** enī tūc p̄nūciantia futurū quoddam sacrificiū: cui^o sanguie mūdaremur. **Non** accipias de domo tua vitulos. **Neq; de gregib^o tuis hircos.** **Qm̄ mee sūt oēs bestie silue:** Quid a te q̄ram qd ego pdidi: **Magi** ne ē hoc tuū: cui pos sidere dedi: q̄s meū q̄ feci: **Qm̄ mee** sūt om nes bestie silue. **Sz** forte ait ille isrl: **Bestie** dei sūt ille bestie fere q̄s nō includo in cur te mea: q̄s nō alligo ad p̄sepe meū: ceteruz bos ille: z ouis z hirc^o mea sūt beca. **Pe cora i motib^o z boues.** **Mea** sūt illa que nō possides: mea sūt ista que possides. **Si** enī seru^o meus est tu: totū peculū tuuz meū est. **Neq; enī** ē peculū dñi qd sibi ser uul cōparauit: z nō erit peculū dñi qd ipē dñs seruo creauit: **Ergo** bestie mee sūt sil ue q̄s tu nō cepisti: mea sūt z pecora in mō tibuz q̄ sūt tua: z boues qui sūt ad prese petuū: **Omnia** mea sūt qz ego creauī ea. **Cognoui oīa volatilia celi:** **Quō** cognouit: **Appendit:** nūerauit. **Quis** nfm nouit oīa volatilia celi: **Sz** z si alicui deus det noticiā oīm volatiliū celi: nō sic ipē no uit vt dat nosse homini. **Alia** ē noticia dei: alia hoīs: sic alia possessio dei: alia hoīs: id est aliud est possidere dei: aliud possidere hoīs. **Nō** enī tu qd possides totū habes in ptāte: aut q̄ diu uiuat bos tu^o in tua ptāte est: aut vt nō pereat aut pascat. **Apd** quē sūma potestas ē: sūma z secreta cognitio: z tribuam^o b^o deo: laudātes deū: nō aude amus dicere: quō nouit de^o. **Ne** forte b^o a me fratres expectet^o vt explicē vobis quō cognoscat deus. **Hoc** solū dico: nō sic co gnoscit vt hō: nō sic cognoscit vt angelus. **Et** quō cognoscit dicere nō audeo: qm̄ et scire nō possū: vnū tm̄ scio: qz z anteq̄ eēnt oīa volatilia celi: nouerat deus qd fuerat creatur^o. **Que** est illa noticia: **Q** hō vide re cepisti volatila: postea q̄s plasmatus es: postea q̄s sensum viuēdi accepisti. **Hec** vo latilia de aqua nata sūt ad verbū dei dice tis: pducant aque volatilia. **Ubi** nouerat deus: que imperabat vt aqua pferret: **Iā** certe nouerat quod crearet: z anteq̄ crea ret nouerat. **Tanta** est ergo noticia dei vt apud ipm essent qdam ineffabili mō anq̄s creata essent: z a te expectat vt accipiat qd anteq̄ crearet habebat. **Cognoui oīa vo latilia celi** que tu mibi potes dare. **Que** tu mibi mactatur^o es ego cognoui omnia.

Alia lra.
f fere siluaz.

Alia lra.
f iumēra.

Alia lra.
7 pulchritudo.

nō qz feci cognoui: sed vt facerē. **Et spes**
cies agri meū est. Pulchritudo agri
vbertas oīm i terra gignentū: meū est: i-
quit. Quō cū illo: **Utrum 7 anteqz fieret:**
Cū illo em̄ erāt oīa futura: 7 cū illo sūt oīa
pterita: futura ita vt non ei detrahant oīa
pterita. Cū illo sūt oīa cognitōe quadam
ineffabilis sapiētie dei: in verbo p̄stituta: 7
in ip̄m verbū oīa. An aliquo mō cū illo est
agri species: qz ip̄e vbiqz ē: 7 ip̄e dixit: Ce-
lū 7 terrā ego impleo: Quid cuz illo nō est
de quo dicit: si ascēdero i celū tu illic es: 7
si descēdero i infernū ades: Cū illo est to-
tū: sed nō sic cū illo ē: vt aliquā ex his que
creauit p̄tagionē: aut eoz indigentā pati-
atur. Nā tecū est forte colūna iuxta quam
stas: 7 cū fatigat⁹ fueris icūbis in eā. Indi-
ges eo qd tecū est: nō indiget de⁹ agro qui
cū illo est. Cū illo ager: cū illo species ter-
re: cū illo species celi: cū illo oīa volatilia:
qz ip̄e vbiqz. Et q̄re apud ip̄m oīa: Quia
7 anteqz eēt oīa: aut crearet⁹: ei nota erāt
oīa. Quis explicat: q̄s exponit illud qd ei
dicit i alio psalmo: Quā bonoz meoz nō
eges: Nō se egere a nobis aliq̄ necessario
dixit. Si esuriero nō dicā tibi: Nō
esuriet: neqz sitiet: neqz laborabit: neqz ob-
dormiet: qui custodit isrl. Sz ecce vt scdm
carnalitatē tuā loquar: qz tu cū nō mādu-
caueris: famē patieris: forte putas 7 deuz
esurire vt māducat: 7 si esurierit nō tibi di-
cit: oīa ante illū sūt: vñ vult tollit qd illi ne-
cessariū est. Bicta sūt hec ad vincenduz
puulū sensuz: nō qz p̄fessus est de⁹ esuriam
suā: q̄qz p̄pter nos de⁹ ille deoz: 7 esurire
dignat⁹ est. Venit esurire 7 saginare: venit
sitire 7 potū dare: venit vesti 7 vestire im-
mortalitatē: venit paup diuites facturuz.
Item nō pdidit diuitias suas assumendo
paupertatē nostrā qz i illo sunt oēs thesauri
sapiētie 7 sciētie absconditi. Si esuriero nō
dicā tibi. Adē est enī orbis terre et
plenitudo ei⁹. Noli ergo laborare qd
mibi des: sine labore hēo qd volo. Quid
q̄ de gregib⁹ tuis adhuc cogitas: Nū-
quid manducabo carnes tauroz:
aut sanguinē hircorū potabo: Au-
distis qd a nobis nō querat: qui nescio qd
nobis vult indicere. Sed de talib⁹ cogita-
batis: iam auferte cogitationes vestras a
talibus reb⁹: nihil tale deo offerre cogitet.
Si habes taurū pinguem occide paupe-
ribus: manducant ip̄i carnes tauroz: 7 si
nō bibēt sanguinē hircorū. Qd cū feceris:

iputabit tibi ille q̄ dixit: **Si esuriero nō di-**
cā tibi. Et dicet tibi Esurui 7 dedisti mibi
māducare. Nunqd māducabo carnes tau-
rorum: aut sanguinē hircorū potabo: Sic
ergo: dñe deus noster: quid indicis popu-
lo tuo: israeli tuo. Immola deo sa-
crificiū laudis: Bicam⁹ illi et nos: In
me sunt de⁹ vota tua: q̄ reddā laudis tibi.
Expauerā ne aliquid indiceres qd eēt ex-
tra me: qd cōputabā in curte mea: 7 a fure
iam forte ablatū erat. Quid mibi indicis:
Immola deo sacrificiū laudis. Ad me re-
deam: vbi inueniā qd imolē. Ad me rede-
am: in me inueniā laudis imolationē. Ara
tua p̄scientia tua: imola deo sacrificiū lau-
dis. Securi sum⁹: nō imus in arabā thus
querere: nō sarcinas auari negociatorū ex-
cutim⁹: sacrificiū laudis querit a nobis de-
us. Habebat h̄ sacrificiū laudis Zache⁹
in patrimonio suo: habebat vidua in sacel-
lo suo: habebat nescio quis paup hospes
in dolio suo. Alius nec i patrimonio: nec i
sacello: nec in dolio aliqd habebat: totum
habebat i aīo suo. Salus domui Zachei.
Et pl⁹ misit hec vidua q̄ diuites illi. Iste
calicē aque frigide porrigēs: nō p̄det mer-
cedem suā: Sz 7 pax in terra hoibus bone
volūtatis. Immola deo sacrificiū laudis.
Sacrificiū gratuitū: gratia datū. Nō q̄-
dem hoc emi qd offerrem: sed tu donasti:
nam nec hoc haberē. Immola deo sacri-
ciū laudis. Et hec imolatio sacrificij lau-
dis est: grās agere illi a q̄ habes quicqd to-
mi habes: 7 cui⁹ misericordia tibi dimittit:
quicqd tuū mali habes. Immola deo sa-
crificium laudis. Et redde altissimo
p̄ces tuas. Hoc odore dñs delectatur
Redde altissimo p̄ces tuas. Et inuo-
came in die tribulatiōis me: 7 exi-
miā te 7 glorificabis me. Nō enī pre-
sumere debes de virib⁹ tuis: omnia auxi-
lia tua mendacia sunt. Adē inuoca in die
tribulationis: eruam te et glorificabis me.
Ad hoc enim permisi diem tribulationis
tibi fieri: quia forte si non tribulareris non
inuocares me. Cū tribularis aut inuocas
me: cū inuocas me: eximiā te: cuz eximiā te:
glorificabis me: vt iam nō discedas a me.
Obtorpuerat quidez 7 friguerat a seruo-
re oratiōis: 7 dixit: Tribulationē 7 dolorē
inueni: 7 nomē dñi inuocaui. Inuenit tri-
lacionem tanq̄ aliqd vtile: putruerat tabe
peccatorū suoz: iam sine sensu remanserat:
inuenit tribulationē tanq̄ vstionē 7 sectionē.

Alia lra.
7 vota tua.

Alia lra.
7 eruā te 7 ho-

Inueni inq̄ tribulationē z dolorē: z nomē dñi iuocauī. Et q̄dam fratres sūt tribulati ones oib⁹ note. Ecce iste q̄ abundant i genere hūano: alius dāno affect⁹ plāgit: ali⁹ orbitate pcussus luget: alius patria exultus meret z redire cupit: intolerabilē peregrinationē deputans. Alteri vinea grādi nata est: attēdit ad labores suos: z p̄summatā oēm opam incassum: qm̄ potest non p̄stari: Inimicū patit ex amico: que maior miseria i genere hūano: Plāgant bec oēs z dolēt: z tribulatiōes sunt iste: z in his oibus iuocāt dñm: z recte faciūt. Inuocēt deū: potēs est v̄ docere tolerandū: vel sanare toleratū. Nonit ille nō sinere tēptari nos supra q̄s possum⁹ ferre. Inuocem⁹ deū etiaz in istis tribulationib⁹: sed he tribulationes iueniunt nos: sic i alio psalmo sc̄ptū est: Auditor in tribulationib⁹ q̄ inueniēt nos nimis. Est q̄dā quā nos debem⁹ inuenire Inueniat iste tribulationē: Est q̄daz tribulatio quā nos debem⁹ quere z inuenire. Que est ista: Eaīpa in hoc mūdo felicitas: affluētia rerū tpaliū: nō quidem ipa tribulatio est: solacia sūt tribulationis. Cuius tribulationis: Nostrē peregrinationis. Hoc em̄ ipm̄ qd̄ cū deo nōdū sumus: hoc ipm̄ qd̄ inter temptatiōes molestiasq̄ versamur: qd̄ sine timore esse nō possum⁹: tribulatio est. Nō em̄ est illa securitas q̄ nobis p̄missa est. Hāc tribulationē pegrinationis sue qui nō iuenerit: ad patriā redire nō cogitat: tribulatio illa ē frēs. Certe mō facim⁹ bona opa: qm̄ porrigim⁹ panē esuriēti: domū pegrino zc. tribulatio est z hec. Inuenim⁹ em̄ miseros sup quos misericordiaz facim⁹. Et si miserorū miseria fac nos compatientes: q̄nto melius ibi iā esset: vbi nō iuenis esurientem quē pascas: vbi nō iuenis pegrinū quē suscipias: nō nuduz quē vestias: nō egrū quē visites: nō litigatē quē cocordes: Dia em̄ ibi sūma sūt: vā sūt: sancta sūt: eterna sūt. Panis noster ibi iusticia est: pot⁹ noster ibi sapientia est: vestis nostra ibi immortalitas est: dom⁹ nostra eterna in celis: firmitas nra immortalitas. Nūqd̄ egritudo surrepit: Nūqd̄ lassitudo ad somnū trahit: Nulla mors: nlla lis: ibi pax: quies: gaudiz: iusticia. Null⁹ intrat inimic⁹: null⁹ labit amic⁹. Que ibi q̄es: Si cogitem⁹ z attēdam⁹ vbi sum⁹: z vbi nos futuros eē p̄misit q̄ mētiri nescit: ex ipa ei⁹ p̄missione iueniem⁹ in qua sum⁹ tribulatione. Hāc tribulationē nemo iuenit: nisi q̄

quesierit. San⁹ es: vide si miser es. Nā facile est vt qui egrotat sentiat se miser. Quī sanus es. vide si miser es: qz cū deo nōduz es. Tribulationē z dolorē inuenit: z nomē dñi iuocauī. Immola ḡ deo sacrificiū laudis. Lauda p̄mittētē: lauda vocantē: lauda exhortantē: lauda adiuuantē: z intellige in qua tribulatiōe positus es. Inuoca: erueris: glorificaberis: p̄manebis. Glidete aut̄ qd̄ sequit̄ fratres mei. Jā enim nescio quis: qz dixerat illi de⁹: imola deo sacrificiū laudis: z hoc qd̄dāmō vectigal indixerat: meditabat sibi z dicebat. Surgam q̄ti die: p̄gā ad ecclīā: dicā vñū hymnū matutinū: aliū vesptinū: tertiuū aut̄ q̄rtū i domo mea: quotidie sacrifico sacrificiū laudis: z imolo deo meo. Bñ facis quidē si hoc facis: sed vide si iā secur⁹ sis: qz iā hoc faci: z forte lingua tua deū b̄dicat: et vita tua deo maledicat. O popule me⁹: dicit tibi deus deoz dñs locut⁹ est: vocans terrā a solis ortu vsq̄ ad occasum: q̄uis adhuc infizania p̄stitur⁹ sis: imola sacrificiū laudis deo tuo: z redde illi p̄ces tuas: sed vide ne viuas male z cates bñ. Quare h̄: **Peccatori enī dixit de⁹ vt quid tu enarras iusticias meas: z anūmis testamentū meū p̄ os tuū.** Glidētis fratres cū quo tremore ista dicam⁹: Assumim⁹ testamentū dei p̄ os nostrū: z p̄dicamus vobis eruditionē z iusticias dei. Et qd̄ dic peccatori de⁹: Et qd̄ tu p̄dicas: Prohibet ḡ p̄dicatores pctōres: Et vbi est illud: q̄ dicunt facite: q̄ aut̄ faciūt facere nolite: Ubi est illud: siue veritate siue occasione chass⁹ annūciēs: Sz hec dicta sūt: ne timeant qui audiūt a quocūq̄ audiāt: nō vt securi sint qui dicūt bona z faciūt mala. Nō ḡ frēs vos securi estis: si bona auditis: deū auditis: p̄ quēlibet audiat. Sz noluit de⁹ sine correctiōe dimittere illos q̄ dicūt: ne ob h̄ solū qd̄ dicūt securi sibi obdormiscāt i mala vita: z dicant sibi. Neq̄ em̄ p̄det nos deus: p̄ quoz os voluit tāta bona dici populo suo. Immo vero audi qd̄ dicit: quicūq̄ dicit z qui vis te audiri por te audi: z dic qd̄ dicit i alio psalmo quidā: Audiā quid loquat̄ in me dñs de⁹: qm̄ loquet̄ pacē in plebē suā. Qualis ergo ego: qui nō audio quid in me loquit̄: z voloyt alij audiāt qd̄ p̄ me loq̄t̄: Audiā por: audiā maxie. Que audiā: Qd̄ loquit̄ in me dñs: deus qm̄ loquet̄ pacē i plebē suā. Audiā z castigabo corpus meū z seruituti subijciam: ne forte

Alia fr̄a.
t̄ aut̄.
t̄ quare.

Alia fr̄a.
t̄ aut̄.
t̄ quare.
Alia fr̄a.
t̄ aut̄.
t̄ quare.
Alia fr̄a.
t̄ aut̄.
t̄ quare.
Alia fr̄a.
t̄ aut̄.
t̄ quare.

alij pdicans ipse reprobus inueniar. Ut
qd tu enarras iusticias meas: Et qd tu qd
no pdest tibi: Admonet illu vt audiat: no
vt ponat pdicatione: sed vt assumat obedi
entia. Tu vo vt qd assumis testametu me
um p os tuu: **Tu vo odisti eruditi
one: Odisti disciplinam.** Qn parco: caritas
et laudas. qn castigo: murmurat: qn qn
parco: sum deo tuus: et qn castigo: no sum de
us tuus. Ego quos amo: arguo et castigo.
**Tu vo odisti eruditione. Proiecisti ser
mones meos p te.** Que dicunt p te:
pncis post te. Et piecisti sermones meos
post te: vbi no videant a te: sed onerent te:
Et piecisti sermões meos post te. **Si
videbas fure cocurrebas ei: et cum
adulteris portione tua ponebas.**
Ne forte diceret: no feci furtu: no feci ad
ulteriu: quid si placuit tibi q feci: **Nonne ipo
placito pcurristi: Nonne portione tua cu il
lo qui fecit laudado posuisti: Hoc est eniz
fratres pcurrere cu fure: et ponere cu adul
tero portione tua: qz et si no facis: et laudas
qd fit: astipulator es facti: qm laudas pec
cator in desiderijs aie sue: et q miq genit be
nedicet. No facis mala: laudas mala faci
entes. Hoc eni puu malu n e. Cu adulter
portione tua ponebas. **Os tuu abu
dauit malicia: et lingua tua ample
ra est dolositate.** Maluolentia et do
lositate frēs quorū dā hoīm dic: q p adula
tionē q̄uis sciant mala esse que audiūt: ne
offendāt eos a quib⁹ audiūt: nō solū nō re
p̄hendendo: sed tacēdo parū est: qz nō di
cūt male fecisti: sed dicūt et bñ fecisti: et no
rūt malū esse: sed abūdat malicia: et lingua
eoz āplexat dolositate. Dolositas ē fraus
qdā in verbis: aliud pmēdi aliud sentiēdi.
**No ait: lingua tua admisit dolositate: aut
ppetrauit dolositatez: sed vt ostēderet tibi
quādā delectationē in ipo malefacto: am
plexa est dixit. Pax est qz facis et delecta
ris. Laudas i p̄mptu: irrides apud te: p̄ci
pitas hoiez icaute vitia sua p̄ferentē: et an
sint vitia nesciētē: tu q̄ scis vitū eē nō dici
corruisse illū: Si illū videres ambulare in
caute in tenebris: vbi tu puteū esse scires et
taceres: qualis esses: Nonne iumicus depu
tareris aie ei⁹: Et tñ si in puteū caderet: nō
anima: s̄ corpe moreret. Precipitat se i vi
tia sua: pdicat apd te mala facta sua: tu no
sti mala esse et laudas: et irrides apd te. Si
si puertat aliqui ad deū ille que irrides: et
que corripe noluit: et dicat: cōfundant q̄****

Alia lra.
retrosum.

Alia lra.
Tōcinnabat
dolosos.

dicūt mib⁹ euge euge: **Et lingua tua āple
ra est dolositate.** **Sedēs aduersus
fratrem tuū detrahebas: Et ipm se
dens ad hoc ptinet qd sup⁹ dixit ample
ra est.** Qui enī stās aut transiens facit: nō
cū voluptate facit: q̄ vo ad b̄ sedet: quātū
ociū q̄rit vt faciat: **Sedēs aduersus frēm
tuū detrahebas: ipam detractionē malaz
diligēter faciebas: sedēdo faciebas.** Uole
bas ibi occupari: amplexabar malū tuū:
osculabaris dolū tuum. **Sedēs aduersus
fratrem tuū detrahebas. Et aduersus fi
liū matris tue ponebas scandalum.**
**Quis est fili⁹ matris: Nonne frater: Hoc ḡ
repetere voluit qd sup⁹ dixerat: fratrem tu
um: an aliquā distinctionē nobis intelligē
dam insinuauit. Plane frēs puto esse di
stinguēdū. Frater aduersus fratrem detrahit
(vbi grā) vtputa q̄si firmus et alicui⁹ iā mo
menti doctor: et doctus detrahit fratri suo:
forte bñ docēt et bñ ambulāt. Est aut ali⁹
infirm⁹: aduersus illū ponit scandalū huic
detrahēdo: Etenī cum detrahit bonis ab
his qui vident alicui⁹ momēti esse et docti
esse: in scādalu cadūt infirmi q̄ adhuc ne
sciūt iudicare. Nō infirm⁹ ille filius matris
dictus est: nō dū p̄ris: adhuc lacte idigēs
et vberib⁹ adherēs. Portat adhuc sinu ma
tris ecclesie: nō valet accedere ad solidum
cibū mēse p̄ris sui: sed de vberē matris vi
ctū trahit ignar⁹ iudicādi: qm adhuc ani
malis atqz carnalis est. Spiritualis enī di
iudicat: animalis aut hō nō p̄cipit ea q̄ sūt
spir⁹ dei: qm stulticia est illi. Talib⁹ dicit
Apl⁹: Nō potui loq̄ vobis quasi spiritua
lib⁹: sed quasi carnalib⁹. Tanqz puulis in
chusto lac vobis potū dedi nō escā. Neqz
enī poteratis: sed neqz adhuc qdem pote
ris. Mater vobis sui: quō dicit alio loco:
**Fact⁹ sū puul⁹ i medio vestrū: tanqz si nu
trix fouēs filios suos. Nō nutrix nutriēs fi
lios alienos: sed nutrix fouēs filios suos.**
Sūt enī matres q̄ cū peperit dāt nutricib⁹.
**Ille que pepererūt nō fouēt filios suos: qz
nutriēdos dederūt. ille aut que fouēt: non
suos fouēt: sed alienos. Iste vo pepererat:
ipse fouebat: nllū nutrici que pepererat cō
mittebat. Bixerat enī: quos iteruz pturio:
donec chust⁹ formet in vobis. Fouebat ḡ
et lactabat. Erāt aut quidā quasi docti et
spirituales q̄ Paulo detraherēt. Ep̄le qui
de aiūt graues et fortes sūt: p̄ntia aut cor
poris infirma et fmo p̄tēptibilis. Sic enī i
ep̄la sua quosdā detractores suos ira dixit****

Alia lra.
loquebaris.

se. Sedebat et aduersus fratrem suum detrahebatur: et aduersus lactandum illum filium matris ponebatur scandalum. Merito fecerunt ipsi matri: ut iteque perturiret. Et aduersus filium matris tui ponebas scandalum. **Hec fecisti et tacui.** Ideo veniet dominus deus noster et non silebit: modo hec fecisti et tacui. Quid est tacui? Indictam supsedisti: seueritatem meam distulisti: patientiam tibi prolongavi: penitentiam tuam diu expectavi. **Hec fecisti et tacui.** Ego autem cum ad hoc expectarem ut te peniteret: secundum apostolum dicente: Tu autem secundum duritiam cordis tui: et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei. **Suspica es iniquitatem quod ero tibi similis:** **Par est quod mala facta tua placet tibi:** placere putas et mihi. **Beatus quod non patris ultorem:** vis tenere principem: et tanquam corruptum iudicem prede socium vis habere. **Suspica tus es iniquitatem quod ero tibi similis:** dum non vis tu mihi esse similis. **Estote enim inquit perfecti sicut et pater vester qui in celis est:** qui facit solem suum oriri super bonos et malos. **Huc tu imitari noluisti:** qui donat bona et malis: ut se deus detrahas et bonis. **Suspica es iniquitatem quod ero tibi similis.** **Argua te:** Quia deus manifestus veiet deus noster et non silebit: arguam te. **Et quod tibi faciam arguendo te:** Quid tibi faciam? **Quod te non vides:** faciam ut videas te: quod si videres te et displiceret tibi: placeres mihi: quod vero te non vides placuisti tibi: displicebis mihi et tibi. **Mihi cum iudicaberis:** tibi cum ardebis. **Quid enim tibi faciam inquit?** **Constituam te ante faciem tuam:** **Quid enim vis latere teipsum in dorso tuo?** **Ibi es:** non te vides: facio ut te videas. **Quod post dorsum posuisti ante faciem ponam:** videbis fedelitatem tuam: non ut corrigas: sed ut erubescas. **Ja quod dicit ista fratres:** desperandus est ille cui dicitur: **Nonne illa ciuitas de qua dictum est:** triduo ninive euertetur: intra triduum idonea fuit peruertere: orare plangere: de pena imminenti misericordiam premereri. **Audiant ergo qui tales sunt:** dum licet audire et tacere. **Veniet enim et non silebit:** et arguet quoniam correctioni locus nullus erit: **statuam te inquit ante faciem tuam.** **Quod ergo tu facis quod es:** quod tibi minas facere dominus: **Tolle te a tergo tuo vbi te videre non vis:** dissimulas a factis tuis et constitue te ante te. **Ascende tribunal mentis tue:** esto tibi iudex: torquet te timor erumpat te confessio: et dic deo tuo: quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et delictum meum ante me est semper. **Quod erat post te:** fiat ante te: ne tuipe postea

Alia lra.
† Existimasti
iniquitatem. † tui.

Alia lra.
† et statuam te.

a deo iudice fias ante te: et non sit qui fugias te. **Intelligite autem hec qui obliuiscimini dominum:** Videte quod clamat: et non tacet: non percutit. **Oblitus eras dominum:** non cogitabas de vita tua mala. **Intellige quod oblitus es dominum.** **Nequius rapiat sicut leo et non sit qui eruat.** **Quid est sicut leo?** Sicut fortis: sicut potens: sic ille cui nemo resistere potest. **Ad hoc retulit:** ut diceret leo. **Ponit enim in laude:** ponit et in vituperatione. **Victus est leo:** diabolus: aduersarius vester ait: tanquam leo rugiens circuit querens quem deuolet. **Quid quod ille leo dicitur est:** propter imanen seueritatem: christus non dicitur leo propter ingentem fortitudinem: **Et vbi est illud:** vicit leo de fribus iuda: **Intendat paululum caritas vestra ad huc modicum quod restat.** **Obsecro vos:** ut excruciatum fatigationem: aderit ille qui vobis usque ad hanc horam vires dedit. **Paulo ante dixerat tanquam indicem nobis:** ut audistis vectigal quod dicitur laudis sue: immola deo sacrificium laudis: et redde altissimo preces tuas: postea autem per totum dixit deus: ut quod tu enarras iustitias meas: et assumis testamentum meum per os tuum: **Tanquam diceret ei:** Nihil tibi predest quod laudas. **Ego indixi laudis sacrificium illis qui beati viuunt.** **His enim predest quod laudat:** tu autem si laudas nihil tibi predest. **Est quod me laudas:** Non est speciosa laus in ore per totum. **Postea concludit quasi ad vtrumque:** et arguens malos qui obliuiscunt deum: ait: **Intelligite qui obliuiscimini deum:** nequius rapiat sicut leo: et non sit qui eruat. **Sacrificium laudis glorificabit me.** **Quod sacrificium laudis glorificabit me:** certe nihil predest malis sacrificium laudis: quod assumunt testamentum tuum per os suum: et faciunt danda que displicent oculis tuis. **Propterea inquit et illis hoc dico:** sacrificium laudis glorificabit me. **Ja putas tibi laudem non predeste:** lauda: prederit tibi. **Si enim male viuas et bona dicis:** non dum laudas. **Sed rursus si cum cepis beati viuere:** meritis tuis tribuas quod beati viuas: non dum laudas. **Holo te esse latronem insultantem cruci domini:** sed nec te illum volo esse in templo iactantem merita sua: et occultantem vulnera sua. **Si fuerit iniquus et pseueras in illa iniquitate:** non dico tibi: non prederit laus: sed non me laudas: laudem istam esse non deputo. **Rursus si fuerit quasi iustus:** nam nemo iustus nisi humilis et pius: et de iusticia tua inflatus incesseris: et alios in tua conuersione contempseris: et supertolleris te tanquam glorias de meritis tuis: non me laudas. **Nec ille me laudat qui male viuunt:** nec ille

Alia lra non b3

Alia lra non b3.
Alia lra.
† eripiat.

Alia lra.
† honouificabit

me laudat qui quasi de suo bñ viuit. Sed nūqd ille pharise⁹ qñ d suo talis erat cū diceret: gr̄as tibi ago qz nō sum sic ceteri homines: Er̄as deo agebat ex eo qd̄ bonuz in se habebat. Quis ḡ aliqd̄ bonū i te sit: Quis iā intelligas: nō ex te esse qd̄ bonū ē: sed a deo te accepisse: tñ i eo ip̄o: si te extuleris sup̄ aliū non habentē: inuid⁹ teneris: nōdū laudator me⁹ eris. Sumo ḡ corrige te a via pessima: incipe viuere bñ: intellige qz nō corrigeris nisi dono dei. Ad dño enī gressus hoīs dirigunt. Hoc cū intellexerit: faue ⁊ alijs: vt sint qd̄ ⁊ tu es: qz b̄ eras ⁊ tu qd̄ ⁊ illi sūt. Faue qñtū potes: ⁊ noli desperare: nō enī vsqz ad te diues de⁹. Nō ergo laudat q̄ male viuēdo offendit dñm: non laudat q̄ cū iā cepit bñ viuere: de suo putat esse qd̄ bñ viuit: nō acceptū a deo. Nec ille laudat: qui cū sciat se qd̄ bñ viuit accepisse a deo: tñ vsqz ad se vult esse diuitem. Ille itaqz q̄ dicebat: gr̄as tibi ago de⁹: qz nō sū sic ceteri hoīes: iniusti: raptores: adulteri: sic ⁊ publican⁹ iste: nōne ibi habebat vñ diceret: dona ⁊ publicano huic qd̄ mihi donasti: supple ⁊ mihi q̄ nōdum dedi sti. Sz iā quasi saturat⁹ ructabat: nō dicebat: ego at̄ egen⁹ ⁊ paup: qd̄ dicebat publicanus ille: dñe pp̄it⁹ esto mihi pctōri. Iō descendit iustificat⁹ publican⁹: magisqz ille pharise⁹. Ergo audite q̄ bñ viuitis: audite q̄ male viuitis: sacrificiū laudis gl̄ificabit me. Nemo mihi offert b̄ sacrificiū: ⁊ malus est. Nō dico: nō b̄ mihi offerat mal⁹: s̄ nemo qui mihi hoc offerat malus. Qui enī laudat bonus est: quia si laudat etiam bene viuūt: quia si laudat: non solum lingua laudat: sed ⁊ vita cū lingua p̄sentit. Sacrificiū laudis gl̄ificabit me. Et tibi via est in qua ostēdā illi salutare dei. In sacrificio laudis via est: qua illi ostēdā salutare dei. Qd̄ ē salutare dei: Christ⁹ Iesus. Et quō in sacrificio laudis: nobis ostēdit christ⁹: Quia christ⁹ cū gr̄a venit ad nos. Nec dic̄ Ap̄ls. Quis aut̄ iā nō ego: viuit vō in me christus. Qd̄ aut̄ in carne viuo: in fide viuo filij dei: q̄ me dilexit: ⁊ tradidit semetip̄m p̄ me. Agnoscat ergo pctōres: qz nō op⁹ esset medic⁹ si sani eēt. Etenim christ⁹ p̄ impijs mortu⁹ est. Cū ḡ agnoscut̄ impietates suas: ⁊ primo imitant̄ publicanū illū dicentē: dñe pp̄itius esto mihi pctōri: ostendūt vulnera: implorat̄ medicū. Et qz nō se laudāt: sed rephēdūt se: vt q̄ gloriat̄ nō in se: sed in dño gl̄iet: agnoscut̄ cām ad

uēt⁹ christi: qz iō veit vt pctōres saluos faceret: qz Iesus christ⁹ venit inqt: i hūc mū dū peccatores saluos facere: quoz p̄mīs ego sū. Proinde illos iudeos de ope suo gloriātes: sic arguit idē Ap̄ls: vt eos diceret ad gr̄am nō p̄tinere: q̄ meritis ⁊ opibus suis mercedē deberi arbitrabant̄. Qui ergo ad gr̄am se scit p̄tinere: qd̄ est christ⁹: et qd̄ est christi: nouit qz indiget gr̄a. Si gr̄a vocat̄: gr̄is dat̄. Si gratis dat̄: nulla merita tua p̄cesserūt vt def. Nā si p̄cesserūt merita tua: merces nō imputet̄ scdm̄ gratiaz: sed scdm̄ debitū. Si ḡ dicis p̄cessisse merita tua: te vis laudari nō deū: iō nō agnoscis christū: qui venit cū gratia dei. Couerte ergo te ad merita tua: vide illa mala fuisse: vt nō tibi deberet nisi suppliciu: nō p̄mū. Et cuz vider̄ qd̄ tibi p̄ meritū debeat: agnoscis quid p̄ gratiā donec: et sacrificio laudis gloriā deū. Ibi est cū via i qua noueris christū salutare dei.

Explicit Tractatus de ps. XLIX

Incipit Tractatus de ps. L. et vltimo p̄ime quinquagene. Prefatio.

Multitudinis huius: nec frequētia fraudāda est: nec infirmitas onerāda. Silentū petim⁹ ⁊ q̄etem: vt vox nostra post besternū laborē possit aliquātis virib⁹ p̄durare. Credēdū ē caritatem vestrā: nō ob aliud hodierno die copiosius puenisse: nisi vt oret̄ p̄ eis q̄s absentia fac̄ alienos ⁊ p̄uersus affect⁹. Neqz enī loq̄mur de paganis: neqz de iudeis: sed de christianis. Neqz de his adhuc cathecuminis: s̄ de mlt̄ etiā baptisatis a quoz lauacro nihil distatis: ⁊ eoz tñ cordi distiles estis. Qz mltos enī hodie fr̄es n̄ros cogitam⁹ ⁊ plāgim⁹ ire in vanitates ⁊ infantias mēdaces: negligere qd̄ vocati sūt. Qui si forte in ip̄o circa aliq̄ ex cā expauescāt. continuo se signāt: ⁊ stāt illic portātes i frōte: vñ abscederēt si b̄ i corde portarēt. Bepcāda est misericordia dei: vt donet intellectuz ad ista dānāda: ⁊ affectū ad fugiēda: ⁊ misericordiā ad ignoscēda. Opportune ḡ d̄ penitētia psalm⁹ hodie cātat⁹ est. Loq̄mur et cū absentib⁹. Erut ad eos vox n̄ra: mēoria v̄ra. Nec vt saucios ⁊ lāquidos negligatis: s̄ vt facili⁹ sanetis: sani p̄manere debetis. Corrigite arguēdo: psolamī alloquendo: exēplū p̄bete bñ viuēdo. Aderit eis q̄ affuit ⁊ vobis: Nō enī vobis iaz ista p̄icta p̄tergressis: fons misericordie dei p̄cisus ē. Quia venistis: veniet: q̄ trāsistis: trāsibūt.

Molestū est quidē et nimīū piculosū: imo
punitiosū et p certo exitiabile: quō sciētes pec
cāt. Aliter enī ad has vanitates currit qui
vocē christi p̄tēnit: aliter ille q̄ nouit quōd fu
giat. S; nec de talib; despari debere: iste
psalm; ostēdit. Inscrībī enī titul; eius.
Psalm; ip̄i Dauid; cū venit ad
eū Nathan p̄pheta; q; intrauit ad
Bersabee.

Bersabee erat mulier vxor aliena:
cū dolore quōdē dicim; et tremore: s;
tñ de; noluit tacere: quōd voluit scri
bi. Bicā ergo nō quō volo: s; quō cogor. Bi
cam nō exhortās ad imitationē: s; instrūēs
ad timorē. Hui; mulier; vxoris aliene pul
chritudine capt; rex et p̄pheta Dauid: ex
cui; semine scdm carnē dñs ventur; erat:
adulterauit eā. Hoc in isto psalmo nō legi
tur: sed in titulo eius apparet. In libro au
tē regnoz plen; legis. Utraq; sc̄ptura ca
nonica ē: vtriq; sine vlla dubitanōe a chri
stianis fides adhibēda ē: cōmissus atq; cō
sc̄ptū est. Hui; etiā maritū in bello occidē
dum curauit: homicidio auxit adulteriu;.
Et p; hoc factū missus est ad eū Nathan
p̄pheta: missus a dño q̄ eū argueret de tā
to cōmissio. Quid caueāt hoīes diximus:
Quid vō si lapsi fuerit imitent; audiamus.
Multi enī cadere volūt cū Dauid: et nolūt
surgere cū Dauid. Nō ergo cadēdi exem
plū p̄positū est: sed si cecideris resurgēdi.
Attende ne cadas: nō sit delectatio mino
rū lapsus maior;: sed sit casus maior; tre
mor minor;. Ad h; p̄positū est: ad hoc scri
ptū ē: ad hoc i ecclia sepe lectū atq; canta
tum. Audiāt q̄ nō ceciderūt ne cadāt: au
diant q̄ ceciderūt vt surgāt. Tāti viri pec
catū nō tacet; p̄dicat; i ecclia. Audiūt ma
le viuentes: et q̄runt sibi patrocina pec
candi. Attendūt vñ defendāt: quōd cōmitte
re parauerūt: nō vñ caueāt quōd nō cōmiser
rāt: et dicūt sibi: Si Dauid: cur nō et ego?
Unde aīa iūq;: q̄ cū p̄pterea fecerit: quia
Dauid fecit: idē pe; q̄ Dauid facit. Bicā
hoc ip̄m si potero plan;. Dauid nullū sibi
ita ad exemplū p̄posuerat: vt tu. Cecide
rat lapsu cupiditatis: nō patrociniū sancti
tatis. Tu tibi tāq; sc̄m p̄ponis vt pecces:
nō imitaris ei; sanctitatē: sed imitar; ruinā.
Hoc amas i Dauid quōd in se odit Dauid.
Preparas te ad peccādū: disponis pecca
re. Librū dei vt pecces inspicias: scripturas
dei ad hoc audis: vt facias quod displicet
deo. Hoc non fecit Dauid. Correctus est

per prophetam: non lapsus est in prophe
tam. Alij vō audientes salubriter: in casu
fortis: metunt infirmitatē suā: et quō dānat
deus deuitare cupiētes: ab aspectu securo
abstinēt oculos: nō eosdē figūt in pulchri
tudine carnis aliene: nec seipos faciunt de
puersa simplicitate securos. Nō dicāt bo
no aīo attēdi: benigne attendi: de caritate
diu asperi. Proponūt enī sibi casum Da
uid: et ad hoc illū magnū vidēt cecidisse:
vt pui nolint videre vñ possint cadē. Re
primūt enī oculos a petulātia: non se facile
adiūgūt: nō miscēt se miserib; alienis: nō le
uāt oculos faciles ad aliena menia: ad alie
na solaria. Belōge enī vidit Dauid illam
in qua capt; est: mulier longe: libido p̄pe.
Alibi erat quō videret: i illo vñ caderet. At
tēdēda q̄ hec infirmitas carnis: recordāda
sūt vba Apli. Nō q̄ regnet pctm̄ in vestro
mortali corpe. Nō dixit: si sit: s; nō regnet.
Inest pctm̄ cū delectaris: regnat si cōsen
seris. Carnalis delectatio p̄fertim vsq; ad
illicita et aliena p̄grediēs: frenāda est non
relaxāda: impio dñanda: nō i impio collo
canda. Attende secur;: si nō habes vñ mo
uearis. S; rñdes: fortis teneo. Nūquid tu
fortior q̄ Dauid. Admonet etiā tali exem
plo: nō se quēq; debere extollere in p̄sper
reb;. Multi enī res aduersas timēt: res p̄
speras nō timēt. Periculosior est res p̄spe
ra aīo: q̄ aduersa corpi. P̄u; corrūpit p̄
spera: vt inueniat quō frāgat aduersa. Frēs
mer: aduersus felicitatē acrius vigilandū
est: p̄pterea videte quēadmodū cloquiū;
dei in nra felicitate tollat nobis securitatē.
Seruite inq̄t dño i timore: et exultate ei cū
tremore. Exultatio vt grās agam;: tremor
ne cadamus. Hoc pctm̄ nō fecit Dauid
cū p̄secutorē Saulē pateret. Cū Dauid
sanct; Saulē inimicū patiebat;: qñ illi; p̄se
cutiōib; agitabat;: qñ p̄ diuersa fugiebat
ne in man; ei; incideret: nō occupuit alie
nā: nō adulterata vxore occidit viz. Erat
in infirmitate tribulatiōis sue: tāto in deuz
intētiō: quāto miserior videbat;. Utile quōd
dā est tribulatio: vtile medici ferramētū tā
q̄ q̄ diaboli tēptamētū. Fact; secur; deui
ctis hostib;: p̄ssura caruit: tumor excreuit.
Valet ergo hoc exēplū ad id vt timeam;
felicitatē. Tribulationē inquit et dolorem
inueni et nomē dñi inuocaui. Sed factū ē:
dixerim hec eis q̄ nō cōmiserūt vt vigilent
custodire itegritatē suā: et cū attendūt ma
gnū cecidisse: pui timeāt. Si vō aliq; iam

lapsus hec audit: et aliquid mali in conscientia tenet: vba huius psalmi aduertat. Attēdat quod vulneris magnitudinē: sed non despet medici maiestatem. Pctm̄ cū desperationē certa mori. Nemo ḡ dicat: si iam aliquid mali feci: iam dānand⁹ sū: de⁹ malis talibus nō ignoscit: Cur nō addo pctā peccatis: Fruar seculo in voluptate: i lasciuia: i cupiditate nefaria. Jā pdita spe repatōis: vlt hoc habeā quod video: si nō possū h̄re quod credo. Iste ḡ psalm⁹ sicut cautos facit eos quod nō ceciderunt: sic desperatos eē nō vult quod ceciderūt. Quisq̄s peccasti et dubitas agere penitentiā p pctō tuo despando salutem tuā: audi Baudid gemētē. Ad te Nathan ppheta nō ē missus: ipse Baudid ad te missus est: Audi eū clamātē et sil clama: audi gementē et cōgemisce. Audi flētē et lachrymas iuge: audi correctū et cōdelectare. Si tibi nō potuit includi peccatū: spes venie nō includat. Missus est ad istū virū Nathan ppheta: Attēde regis hūilitatē. Nō respuit verba precipientis: nō dixit: aude mibi loqui regi: Rex sublimis ppheta audiuit: plebs ei⁹ hūilis christū audiat. Audi ergo hec: et dic cū illo. *Expositio ps.*

Miserere mei deus scdm magnā misericordiā tuā. Magnā misericordiā depcat: magnā miserā p̄fitef. Querāt puā misericordiā tuā: quod nesciēdo peccauerit. Misere inqt mei: scdm magnā misericordiā tuā. Subueni graui vulnere: scdm magnā medicinā tuā. Graue ē quod habeo: s̄ ad oipotētē p̄fugio. De meo tā letali vulnere desperare: nisi tñ medicū reperirē. Misere mei deus: scdm magnā misericordiā tuā. Et scdm multitudinē miserationū tuarū dele iniquitatem meā. Qd̄ ait: dele iniquitatem meā: hoc ē miserē mei de⁹: et quod ait: scdm multitudinē miserationū tuarū: h̄ est scdm magnā misericordiā tuā. Quia magna est misericordia: multe sūt misericordie: Et de magna misericordia tuā: multe sūt miserationes tue. Attēdis p̄tēptores vt corrigas: attēdis nesciētes vt doceas: attēdis p̄fitef vt ignoscas. Feē h̄ nesciēs: et quod ait: fecerat aliq̄: et mltā mala fecerat. Misericordiā inqt p̄secut⁹ sum: quod iqrās feci in incredulitate. Iste dauid nō posset dicere: ignorās feci. Nō enī iqrabat quāntū mali esset cōtrectatio p̄iugis aliene: aut quāntū mali eēt i terfectio mariti nesciētis: et nec saltē irascētis. Cōsequunt ergo misericordiā dñi qui

ignorātes fecerūt: et qui scientes p̄sequuntur: nō quālibet misericordiā: s̄ magnā misericordiā. *Magis magisq̄ laua me ab iniquitate mea: Quid est magis magisq̄ laua: Multū inq̄natum. Magis magisq̄ laua pctā sciētis: quod abluisti pctā ignorātis: nec sic desperādū de misericordia tua. Et a delicto meo munda me. Quo merito: Medicus ē: offer mercedē. Be⁹ ē: offer sacrificiū. Quid dabis vt mūderis: Vide enī quē iuoces. Iustū iuocaf: odit pctā. Si iust⁹ ē vidicat i pctis: si iust⁹ ē vtiq̄ si poterit auferre a dño deo iusticiā ei⁹. Implora misericordiā: s̄ attēde iusticiā. Misericordiā ē vt iqr̄scat peccati: iusticiā ē vt puniat pctm̄. Quid ḡ: Querl misericordiā: pctm̄ ipunitū remāebit. Rūdeat Baudid: rūdeat lapsi: rūdeat cū Baudid vt misericordiā mereāt sic Baudid: et dicāt: nō dñe: nō erit ipunitū pctm̄ meū. Noui iusticiā: cui⁹ q̄ro misericordiā. Nō ipunitū erit: s̄ iō nolo vt tu me punias: quod ego pctm̄ meum punio. Iō peto vt iqr̄scas: quod ego agnosco. *Quā iniquitatem meā ego agnosco: et delictū corā me ē sp̄. Non posui p̄ dorsū meū quod feci: nō itueor alios oblitus mei: nō affecto stipulā elscere de oculo fratris mei: cū sit trabes i oculo meo: peccatus meū ante me est: nō post me. Fuit enī post me quā ad me missus est ppheta: et de oue paupis similitudinē mibi p̄posuit. Aut enim Nathan ppheta ad Baudid. Erat diues quod dā h̄is plurimas oues: paup aut vicinus eius habebat vnā ouiculā quā i sinu suo et de suo cibo nutriebat. Ueit hospes diuiti: nihil de grege suo abstulit: ouiculaz vicini paupis p̄cupiuit: ip̄az suo hospiti occidit. Quid dign⁹ est: At ille p̄fert irat⁹ sententiā. Plane tñc rex nesciēs vbi captus eēt: morte dignū diuitē dixit: et ouē reddēdam in quadrupluz seuerissime atq̄ iustissime. S̄ pctm̄ ei⁹ nōdū erat corā eo: post dorsū erat quod fecerat. Suā iniquitatem nōdū agnoscebat: et iō aliene nō ignoscebat. Sed ppheta ad h̄ missus: abstulit a dorso pctm̄: et añ oculos posuit: vt videret illā sniā tam seuerā i se esse platā. Ad secādū et sanādū vuln⁹ cordis ei⁹: ferramētū fecit de lingua eius. Hoc fecit dñs iudeis quā ad euz adulteratā mulierē adduxerunt: pponentes laqueū tēptationis: et in id quod p̄posuerant incidētes. In adulterio iquunt h̄ mulier de prebensa est. Moyses huiusmōi lapidare iussit: tu de illa quid censes: Lāq̄ bicipiti**

Alia lra.
+ Ampli⁹.
+ iniquitate.

Alia lra.
+ pctō.

Alia lra.
+ pctm̄ meū.
+ p̄tra.

muscipula tēptantes capere sapientiā dei: vt si iuberet occidi pderet māfuetudinis fa-
 mā: si aut iuberet dimitti icurreret blasphemā tāq̄ rephēfor legi calūniand°. **Quid**
 ḡ r̄ndit: **Nō** ait occidite: nō ait dimittite: s̄
 ait: **Qui** se scit s̄m̄ pctō eē: p̄m̄ i illā lapidē
 iaciat. **Iusta** lex q̄ iubet adulterā occidi: s̄
 h̄ lex iusta: m̄stros habeat inocētes. **Attē**
 ditis quā adducitis: attēdite r̄ q̄ estis. **Illi**
 h̄ audito: vn̄ post alterz discesserūt. **Remā**
 sit adultera et d̄ns. remansit vulnerata et
 medicus: remansit magna miseria et ma-
 gna micorcordia. **Adducētes** erubue-
 runt: nec veniam petiuerunt. **Adducta** cō
 fusa est et sanata: **Ait** illi dominus. **Adu-**
 lier nemo te pdēnauit: **Et** illa: **Nemo** d̄ne.
Et ille: **Nec** ego te pdēnabo: vade dein-
 ceptis iā noli peccare. **Nūq̄d** x̄ps fec̄ ḡ legē
 suā: **Nec** enī pater ei° sine filio dederat le-
 gē. **Si** celū r̄ fra: r̄ oīa q̄ in eis sūt: p̄ ip̄m̄ fa-
 cta sūt: lex sine v̄bo dei quō sc̄pta est: **Non**
 ḡ de° ḡ legē suā: qz nec impator ḡ leges su-
 as fac̄: qn̄ p̄fessis dat indulgētiā. **Moy-**
 ses m̄ster legi: **christ°** p̄mulgator legis. **Moy-**
 ses lapidat vt iud̄x: **Christ°** idulget vt rex.
Miseri ē ḡ ei° de° sc̄dm̄ magnā misericor-
 diā suā: sic h̄ rogat: sic h̄ petit. sic exclamat
 r̄ dolet: qd̄ illi adulterā offerētes facere no-
 luerūt: vulnera sua oñdēte medico cogno-
 uerūt: medicinā a medico nō q̄sierūt. **Ita**
 sūt m̄lti q̄s peccare nō pudet: agere p̄nīaz
 pudet. **O** incredibilis isania. **Be** vulnere
 ip̄o nō erubescis: de ligatura vulneri eru-
 bescis: **Nōne** nudū fedi° r̄ putidū est: **Lō**
 fuge ḡ ad medicū: age penitētiā: dic iniq̄-
 tatē meā ego agnosco: r̄ pctm̄ meū añ me
 est semp. **Tibi soli peccauit r̄ mali-**
gnū corā te feci: **Quid** ē h̄: **Corā** hoīb°
 enī nō erat adulterata vxor aliena: r̄ mari-
 tus occisus: **Nōne** oēs nouerāt qd̄ dauid
 fecerat: **Quid** est: tibi soli peccauit r̄ mali-
 gnū corā te feci: **Quia** tu sol° sine pctō. **Il-**
le iust° punitor: q̄ nō h̄z qd̄ in illo puniat.
Ille iust° rephēfor: q̄ nō h̄z qd̄ in illo repre-
 hēdat. **Tibi** soli inq̄t peccauit r̄ malignū co-
 rā te feci. **Et** iustificeris in sermōib°
tuis r̄ vincas cū iudicaris. **Cui** dicat
 fr̄s: cui dicat: difficile ē aduertē. **Beo** vtī
 qz loq̄f: r̄ manifestū est: quō de° pater non
 est iudicat°. **Quid** ē: tibi soli peccauit r̄ ma-
 lignū corā te feci: vt iustificeris i sermōib°
 tuis: r̄ vincas cū iudicaris: **Videte** futuz
 iudicē: iudicatū a pctōib° iustū: r̄ i eo vin-
 centē: qz qd̄ in illo iudicaret nō habuit: r̄ q̄

Alia lra.
 r̄ malū

eū miserat p̄r. **Erat** enī sol° ver°. **Et** iō solū
 vez i hominib° dicere potuit hō de°: si in-
 uenistis i me pctm̄ dicite. **Sz** forte erat qd̄
 hoies latebat: r̄ nō iueniebāt illi qd̄ erat q̄
 dē: s̄ manifestū nō erat. **Alio** loco ait: **Ec-**
ce veit p̄nceps mūdi: acut° inspector oīm
 peccatorz: ecce inq̄t venit p̄nceps hui° mū-
 di: morte affligēs peccatores: p̄posit° mor-
 tis. **Inuidia** enī diaboli mors intrauit i or-
 bē fraz. **Ecce** inq̄t veit p̄nceps mūdi h̄:
Bixit h̄ p̄xim° passiōi: r̄ in me nihil iueni-
 et: nihil peccati: nihil morte dignum: nihil
 dānatione dignū. **Et** tāq̄ ei diceret: cur ḡ
 moreris: sequit r̄ dicit: **Sz** vt sciāt oēs: qz
 volūtātē patris mei facio: surgite ambule-
 mus hinc. **Patioz** inq̄t dign° p̄ indignis:
 vt eos dignos faciā vita mea: p̄ quib° in-
 digne patioz mortē illoz. **Huic** itaqz nlln̄
 habēti pctm̄ dicit in p̄siti p̄phetia **Dauid:**
Tibi soli peccauit r̄ malignū corā te feci: vt
 iustificeris in sermōib° tuis r̄ vincas cū iu-
 dicaris. **Supas** enī oēs homies: oēs iudi-
 ces: r̄ q̄ se putat iustū: corā te iniust° ē. **Tu**
 solus iuste iudicas: iniuste iudicat°: q̄ po-
 teitatē habes ponēdi aiām tuā: r̄ potesta-
 tē habes itez sumēdi eā. **Tuncis** ḡ cū iudi-
 caris. **Oēs** hoies supas: qz pl̄ es q̄ hoies:
 r̄ p̄ te facti sūt homies. **Tibi** soli peccauit r̄
 malignū corā te feci: vt iustificeris in sermō-
 nib° tuis r̄ vincas cū iudicaris. **Ecce**
enī in iniquitatib° cōceptus sum. **Tan-**
q̄ diceret. **Tuncis** illi q̄ fecerūt qd̄ tu **Da-**
uid. **Nō** enī h̄ puū malū: puūqz pctm̄: ad-
 ulterū r̄ homicidiū. **Quid** illi q̄ ex quo na-
 ti sunt: de ventre matris sue nihil tale fece-
 runt: **Enī** ip̄s imputas aliqua peccata:
 vt ille oēs vincat cū ceperit iudicari. **Suf-**
cepit p̄sonā generis humani **Dauid:** r̄ at-
 tendit oīm vincula: p̄paginē mortis p̄side-
 raut: originē iniquitatis aduertit r̄ ait: **Ec-**
ce enī iniquitatib° p̄ceptus sū. **Nūq̄d** **Da-**
uid de adulterio natus erat: de Jesse viro
 iusto r̄ conuge ip̄si°. **Quid** est quod se di-
 cit in iniquitate p̄ceptū: nisi qz trahit iniqui-
 tas ex **Adam:** **Enī** ip̄m̄ vinculū mortis:
 cū ip̄a iniquitate p̄cretū est. **Nemo** nascit
 nisi trahēs penā: trahēs meritū pene. **Dicit** r̄ i
 alio loco p̄beta. **Nemo** mūd° in cōspe-
 ctu tuo: nec infans cui° est vni° diei vita su-
 per terrā. **Novim°** enī ex baptismo christi
 solui peccata: r̄ baptismū christi valere ad
 remissionē peccatorz. **Si** infantes oīno in-
 nocētes sūt: cur m̄res ad eccliaz cū languē-
 tibus currūt: **Quid** illo baptismo: qd̄ illa

Alia lra.
t cocepit.

remissioe dimittit: Innocētē magl vido flē
tē q̄ irascētē Quid diluit baptismū: Quid
soluit illa grā: Soluit ppago pcti: qz si lo-
qui tibi posset ille infans diceret: z si iā in-
tellectū haberet: quē habebat Bavid: re-
spōderet tibi. Quid me attendis infontē:
Nūqd vides facinora mea: Sz ego i iūta
te pcept' sū. **E**t i pctis mater mea me
in vtero aluit. Prater h̄ vinculū con-
cupiscētie carnalis nat' est chūst' sine mas-
culo: ex virgine p̄cipiēte de spiritus sancto.
Nō pōt iste dici in iniquitate pcept': nō pōt
dici in peccatis mat' ei' in vtero euz aluit:
cui dictū ē: sp̄s sanctus supueniet in te: z
virt' altissimi obūbrabit tibi. Nō ergo idō
in iniquitate p̄cipiunt hoīes: z in peccatis
in vtero a matrib' alunt: qz peccatū est mi-
sceri p̄iugibus: sed qz illud qd fit vtiqz fit
de carne penali. Pena enī carnis mors ē:
z vtiqz inest ip̄a mortalitas. Tū Ap̄ls nō
moriturū corp' dixit: sed mortuū. Corp'us
quidē mortuū ē ppter peccatū: sp̄s aut vi-
ta est ppter iusticiā. Quō ergo sine vincu-
lo peccati nascit' qd p̄cipit z semiat d̄ cor-
pore mortuo ppter peccatū: Opus h̄ ca-
stū in cōiuge nō h̄z culpā: sed origo pecca-
ti trahit secū debitā penā. Nō enī maritus
qz marit' ē mortal' h̄ ē: aut aliū de nisi pctō
mortal' est. Erat enī z dñs mortal': h̄ nō de
pctō suscepit penā n̄am: z idō soluit culpā
n̄az. Merito q̄ i Adā oēs moriunt: i chū-
sto aut oēs viuificant: Per vnū hoīez enī
ait Ap̄ls: pctū i hūc mūdū itrauit: z p pec-
catū mors: z ita in oēs hoīes p̄transiit: in q̄
oēs peccauerūt. Definita ē snia: In Adā
inquit oēs peccauerūt. Sol' esse innocēs
infans potuit: q̄ de ope i Adā nō est nat'.
Ecce enī veritatē dilexisti: incer-
ta z occulta sapiētie tue manifesta-
sti mihi. Veritatē dilexisti: impunita pec-
cata eoz etiā quib' ignoscis nō reliquisti:
Veritatē dilexisti: sic misericordiā p̄roga-
sti: vt seruares z veritatē. Ignoscis p̄siten-
ti: ignoscis sed seipm̄ puniēti. Ita suat mi-
sericordia z vitas. Misericordia: qz hō li-
berat. veritas: qz pctū puniē. Ecce enī ve-
ritatē dilexisti: incerta z occulta sapiētie tue
manifestasti mihi. Que occulta que icerta:
Quia de' ignoscit z talib'. Nihil tā occul-
tū: nihil tā incertū. Ad hoc incertū ninui-
te penitentiā egerūt. Bixerūt enī: q̄uis p'
minas p̄phete: q̄uis post illā vocē: triduo
z ninue euertef: dixef apud se petēdā eē
misericordiā. Dixef: ita apd se disceptātes.

Quis nouit si de' flectat in meli' sententiā
suaz z miseref: Incertū erat: cum dicif: q̄s
nouit. Be incerto penitentiā egerūt: certā
misericordiā meruerūt. Prostrauerūt se i
lachrymis: in ieiunijs: in cilicio: z i cinere.
Prostrauēf se: genuerūt: fleuerūt: p̄p̄cit
de'. Stetit ninue: An euersa est ninue:
Aliter quidē videt hoībus: z aliter visuz ē
deo. Ego aut puto ipletū fuisse: qd p̄pheta
p̄dixerat. Respice q̄ fuit ninue: z vide qz
euersa ē. Euersa i malo: edificata i bono:
sicut euersus Saulus p̄secutor: edificat'
Paulus p̄dicator. Quis non diceret cui
tatem istā in qua nūc sumus feliciter euer-
sam: si omēs illi infani nugis suis desertis
ad eccliam cōpūcto corde p̄currerent: dei
misericordiā de suis factis p̄teritis iuoca-
rēt: Nōne diceremus vbi est illa kartago:
Quia nō est qd erat: euersa est. Sz si ē qd
nō erat: edificata est. Ita dicif Hieremie:
Ecce dabo tibi eradicare: suffodē: euerte-
re: disperdere. z rursus edificare: z planta-
re. Inde ē vox illa dñi: Ego p̄cutiā: z ego
sanabo. Percutit putredinē facinoris: sa-
nat dolorem vulneris. Faciūt hoc medici:
secant: p̄cutiūt z sanāt: armāt se vt feriant:
ferrū gestāt z curare veniūt. Sed qz pecca-
ta magna erāt ninuitaz: dixef q̄s nouit:
Hoc incertū patefecerat de' suo suo Ba-
uid. Cum enim dixisset: stante z arguēte se
p̄phā: peccauit: statiz audiuit a p̄pheta: id
est a spiritu dei qui erat in p̄pheta: **B**imif
sū est tibi peccatū tuuz. Incerta z occulta
sapiētie tue manifestasti mihi. **A**sperges
me: inquit: isopo z mūdabor: Isopū
herbā nouimus humilē: sed medicinalez:
saxo herere radicib' dicif. Inde in miste-
rio mundādī cordis similitudo assumpta
est. Apprehēde inquit z tu radicē dilectio-
nis petrā tuam. Esto humilis i humili deo
tuo: vt sis excelsus in glorificato dño deo
tuo. Aspergeris isopo: humilitas ch̄sti te
mundabit. Noli herbā p̄temnere: vim me-
dicamēti attēde. Aliquid etiā dicam qd a
medicis solem' audire: vel expiri in egrot'.
Isopū dicūt: purgādis pulmōib' aptū eē:
In pulmone solet notari supbia: illic enim
inflatio: illic anhelit'. Dicebat de Saulo
persecutore: tanq̄ de saulo supbo: qd ibat
ad vinciendos christianos: spirās cedem:
anbelabat cedes: anbelabat sanguinem:
nondū purgato pulmone. Audi et hic hu-
miliatum: quia isopo p̄nratum. **A**sper-
ges me isopo z mūdabor. **L**auabis me:

Alia lra.
† gaudii.
† cr.

id est mundabit me. **Et sup nivē dealba-**
bor. Et si fuerit iqt pctā vīa: sic femiciūtā
q̄ nivē dealbabo. **Be talib⁹ sibi exhibz xps**
vestē sine macula z ruga. Proinde vestī ei⁹
i mōrē q̄ tāq̄ nix dealbata effulsi: significa
uit eccliam omni macula pcti mūdātā. S; z
vbi humilitas ex isopo: **Audi sequentia.**
Auditui meo dabis exultationē
z leticiā: exultabūt ossa humiliata.
Auditui meo inqt dabis exultationē z le-
leticiā. Gaudebo audiēdo te: n̄ loq̄ndo z
te. **Peccasti: qd defendis te loq̄ndo: Loq̄**
vis: patē: audi: cede diuis vocib⁹ ne turbe
ris z ampli⁹ vulnereris. Cōmissū ē: nō de
fendat: in cōfessionē veniat: nō in defensio
nē. **Adbibes te defēsozē peccati tui: vince**
ris. Non innocentem patronū adhibuisti:
nō ē tibi utilis defensio tua. **Quis es enī:**
vt te defendas: Idone⁹ esto ad accusādū
te: noli dicere aut nihil feci: aut qd magnū
feci: aut fecerit alij. Si faciēdo pctm̄ nihil
te dici fecisse: nihil eris: nihil accipies. **Pa**
rat⁹ est de⁹ dare idulgētā: claudis z te. Il
le par⁹ est dare: noli opponere obicē defen
siois: s; aperi sinū p̄fessionis. **Auditui meo**
dabis exultationē z leticiāz. **Ipe donet vt**
dicaz qd sentio. Feliciores sūt q̄ audiunt:
q̄ qui loquunt. **Qui enī discit hūilis est: q̄**
aūt docet laborat: vt nō sit supb⁹: ne male
placēdi affect⁹ irreat: ne deo displiceat q̄
vult placere hoīb⁹. **Magn⁹ tremor ē in do**
cēte frēs mei: magn⁹ tremor ē noster in his
vocibus nostris. **Credite cordi nostro qd**
videre non potestis: scit ipse qui mitescat
nobis: qui propitius sit nob: cū quāto s; b
illo tremore ad vos loq̄mur. **Luz aūt ipm̄**
aliqd suggerentē z docentē int⁹ audiuim⁹:
securi sum⁹: securi gaudemus. **Sub m̄ḡro**
enī sum⁹: illi⁹ glām q̄rim⁹ illū docentē lau
dam⁹. **Belectat nos vitas ei⁹ int⁹: vbi ne**
mo fac v̄l audit strepitū. **Ibi dixit iste eē le**
ticiā suā z exultationē suā. **Auditui meo i**
q̄t dabis exultationē z leticiā. **Et iō qz hu**
mil⁹ audit q̄ audit: q̄ vere audit z bñ audit:
q̄ hūilis audit: glā enī ei⁹ i illo ē a q̄ audit.
postea q̄ dixit: auditui meo dabis exulta
tionē z leticiā: p̄tinuo demonstravit qd faci
at auditio: exultabūt ossa hūiliata. **Humi**
liata sūt ossa: ossa audiētis nō hnt fastū: nō
hnt tumorē: quē i se vix vicit q̄ loq̄t. **Iude**
z ille hūilis magn⁹: q̄ i natis muliez nemo
maior surrexit: ille q̄ ita se hūiliauit: vt se i
dignū diceret solue corrigiā calciāmētū do
mini sui. **Joānes ille baptista: dans glām**

nigro suo: z iō amico suo: cum christus pu
tare: et ex eo supbire posset z se extēdere:
nō em̄ ipse se dixerat christū: sed poterat ac
cipe hoīm errozē h̄ putātū: vltro istuz ho
norē deferre volentū: respuit falsū hono
rē: vt iueniret verā grāz: z vide hūilitatē d
auditui: ait: **Qui habz spōsā spōsus ē: ami**
cus aūt spōsi stat z audit eū. **Stantē se fec**
et audientē: nō cadentē z loq̄ntē. **Stat in**
quit z audit eū: Audisti auditū: vbi est ex
ultatio z leticia: Cōtinuo sequit: Stat z au
dit eū: z gaudio gaudet p̄pter vocē spōsi:
Auditui meo dabis gaudiū z leticiā: z ex
ultabūt ossa hūiliata. **Auerte faciem**
tuā a peccatis meis: z oēs iniq̄ta
tes meas dele. **Iā enī exultant ossa hu**
miliata: iam isopo mūdāt⁹: humilis factus
sum: Averte faciem tuā: nō a me: sed a pecca
tis meis: Alibi q̄ppe orās dicit: Ne auer
tas faciem tuā a me. **Qui nō vult a se auerti**
faciem dei: vult auerti faciem dei a pctis suis.
Pctm̄ enī vñ se de⁹ n̄ auertit: aduertit. Si
aduertit aī aduertit. Averte faciem tuā a pec
catū meis: z oēs iniq̄tates meas dele. **Sata**
git de illo grādi peccato: pl⁹ p̄sumpsit: oēs
deleri vult iniquitates suas. **Presumit de**
medici manu: de magna illa misericordia:
quā in p̄ncipio psalmi iuocauit: oēs iniq̄ta
tates meas dele. **Auertit faciem de⁹: z sic de**
let: auertendo faciem peccata delet: aduer
tendo scribit. Audisti auertēdo delētē: au
di aduertēdo qd facientē: Gultus aūt dñi
sup faciētes mala: vt p̄dat de terra memo
moriā eoz: nō delendo peccata eoz. **Hic**
aūt qd rogat: Averte faciem tuā a peccatis
meis. **Bene rogat: ipse enī nō auertit faciem**
suā a peccatū dicēs: qm̄ pctm̄ meū ego co
gnosco. **Merito rogas z bñ rogas: vt de⁹**
auertat faciem a peccato tuo: si tu inde nō
auertis faciem. **Si vō tu pctm̄ tuū i dorso po**
nis: de⁹ ibi faciem ponit. **Tu pctm̄ tuū ante**
faciem tuā auerte: si vis vt inde de⁹ faciem suā
auertat: z secur⁹ rogas: z exaudit. **Cor**
mundū crea in me de⁹: Crea quasi no
uum aliqd institue: dicere voluit: sed qz pe
nitēs orabat: q̄ cōmiserat aliqd: qd priusq̄
cōmitteret innocentior erat: ostēdit quē ad
modū dixerit: crea. **Et spiritū rectū ino**
ua i viscerib⁹ meis. **Per factuz iquit**
meū iueterata erat atqz curuata rectitudo
spirit⁹ mei. **Bicit em̄ ex alio psalmo: Cur**
uauerūt animā meam. **Et quādo se homo**
pronū facit ad terrenas concupiscentias:
incuruat qdāmodo: cū aūt erigit i supna:

rectū sit cor ei⁹ vt bon⁹ illi sit deus. **Q**uoniam enim de⁹ israel rectis corde. Proinde fratres audite. Aliquā de⁹ cui ignoscit in futuro seculo: corripit eū de peccato in isto seculo. **N**ā et ipsi dauid: cui dictū iā fuerat p prophetā: dimissum est peccatū tuū: euenerūt quādam quā minar⁹ erat de⁹ ppter ipm peccatū. **N**ā fili⁹ eius Absalon aduersus eū cruentum bellū gessit: et in multis humiliavit patrem suū. Ambulabat ille in dolore: i tribulatione humiliatōis sue: ita sedit deo: vt oīa iusta ei tribuēs pfereret qd nihil pateret indigne: hñs iā rectū cor cui nō displicet de⁹. **I**nuirosū quādam et in os sibi dura maledicta iacentē: patienter audiebat: ex aduersa parte: vnū ex militib⁹ quā erat cū filio ei⁹ ipio. **E**t cū ille iaceret maledicta i fegē: irat⁹ vn⁹ ex comitib⁹ dauid: voluit ire et pcutē euz: prohibet a dauid. **E**t quō prohibet: **E**t diceret: de⁹ illū misit vt mihi malediceret. **A**gnosces culpā suā: amplex⁹ est penā suā: quēs gliaz nō suā: dñm laudās i eo qd boni habebat: dñm laudās in eo qd patiebat: benedicēs dñm in omni tpe: semp laus ei⁹ in ore ei⁹. **T**ales sūt oēs recti corde. **N**ōne hi pueri quā se rectos putāt: et pueri deū: qui quā aliqd faciūt mali gaudēt: quā aliqd mali patiūt blasphemāt: **I**nsup positi i tribulatione et flagello dicūt deo: deus quā tibi feci corde distorto. **T**ere quā nihil deo fecerūt: oīa enī sibi fecerūt. **E**t spiritū rectū inoua in viscerib⁹ meis. **N**e proicias me a facie tua. **Q**uerte facie tuam a peccat⁹ meis: et ne proicias me a facie tua. **L**ut⁹ faciem timet: ipsi⁹ facie iuocat. **N**e proicias me a facie tua. **E**t spiritū sanctū tuū ne auferas a me. **E**st enī spū sanct⁹ in pōtente. **I**am ad donū spū sancti pōtines: quā tibi displicet qd fecisti. **I**mmūdo spiritui peccata placēt: sancto displicēt. **Q**uis ergo adhuc veniā deprecis: tñ ex ea parte qua tibi displicet malū qd comisisti: deo pūgeris. **H**oc enī et tibi displicet: qd et illi. **I**ā duo estis ad expugnādā febrē tuā: tu et medicus. **Q**uia quā nō pōt esse pōfessio peccati et punitio peccati in hoīe a seipō: cū quisq; sibi irascit et sibi displicet sine dono spiritus sancti nō ē. **N**ec ait: spiritū sanctū tuū da mihi: sed ne auferas a me: **E**t spiritū sanctū tuū ne auferas a me. **R**edde mihi exultationē salutarē tuā: **R**edde quā habebā: quā peccādo amiserā. **R**edde mihi exultationē salutaris tui: vtiq; christi tui. **Q**uis enī sine illo sanari potuit: **Q**uia et

anq; de maria nascere: **I**n principio erat verbū et vbu erat apud deū et de⁹ erat verbū. **E**t ita a sc̄tis p̄rib⁹ dispensatio suscepte carnis futura credebatur: sic a nob facta creditur. **T**pa variata sunt: nō fidel. **R**edde mihi exultationē salutarē tui. **E**t spiritu principali confirma me. **N**ōnulli intellexerūt h̄ trinitatē in deo ipm deum excepta dispensatiōe carnis: quā scriptū est: deus spirit⁹ est. **Q**uod enī nō ē corp⁹: et tñ ē: videt restare vt spū sit. **I**ntelligunt q̄ h̄ nōnulli trinitatē dictā: in spū recto filiū: in spiritū sc̄to spū sanctū: i spiritu principali p̄rem. **S**ue q̄ h̄ ita sit: siue spiritū rectū ipi⁹ hoīs accipi voluit dicēs: spiritū rectū inoua in viscerib⁹ meis: quē curuauī et distorti peccādo: vt iā spū sanct⁹ ipse sit spū principal⁹ quē et auferri a se noluit: et eo se voluit pfirmari: nō est heretica quibet snia. **S**ed vide te quā adiūgat: **S**piritu inq; principali cōfirma me. **I**n q̄ pfirmat: **Q**uia ignouisti mihi quā secur⁹ sū: nō mihi iputari: quā donasti. **E**t h̄ fact⁹ secur⁹ atq; ista grā pfirmat⁹ nō groinat⁹. **Q**uid enī faciā: **V**oceā inq; vias tuas. **V**oceā inq; ex iūq; id ē ego quā fuerā iūq; iō nō iūq;: nō ablato spū sc̄to a me et spiritu principali pfirmat⁹: **doceā inq; vias tuas. Quas vias inq; doceb⁹. Et inq; p̄ ad te conuertent⁹.** **S**i peccatū dauid impietati deputat⁹: nō de se desperet ipi⁹: quā pepcit de⁹ ipio: si si ad eū puertant⁹: si vias ipi⁹ discāt. **S**i autē impietati nō deputat⁹ factū dauid: si illa p̄pā impietas dī apostatate a deo: vnū deū nō colere: aut nūq; coluisse: aut quē colebat dimisisse: ad cumulū valet quā ait: et ipi⁹ ad te puertent⁹. **I**ta plenus es adipe misericordie: vt a te puerb⁹: nō solū quibus libet pctōrib⁹: s̄ etiā ipi⁹s nō sit despandū. **E**t ipi⁹ ad te puertēt. **E**t quā: **E**t credētes i eū quā iustificat ipiū: deputet fides eoz ad iusticiā. **E**rueme d sanguib⁹ deus salutē mee. **E**xpsit latin⁹ in p̄pres verbo min⁹ latio p̄petatē tñ ex greco. **N**ā oēs nouim⁹ latienē dici sāguies nec sāguia s̄ sāguinē: tñ quā ita grec⁹ posuit plali nūero nō sine cā: nisi quā h̄ iueit i p̄ma ligua hebreā: maluit pot⁹ in p̄pres mī latie alqd dicē: q̄ mī n⁹ p̄pe. **Q**uare q̄ plali dixit d sanguib⁹: **I**n mlti sāguib⁹ tāq; i origie carnis pcti: mlti pctā itelligi voluit. **A**d ipā pctā respiciens **A**p̄ls quā veniūt de corruptione carnis et sanguinis ait: **C**aro et sanguis regnum dei non possidebunt. **N**am vtq; sc̄dm fidem veram eiusdem **A**postoli: caro ista

Alia lra.
† Docebo.

Alia lra.
† Libera.

Alia lra.
† leticiā.

resurget: et ipsa merebitur in corruptione: dicente ipso: Oportet corruptibile hoc induere in corruptione: et mortale habere induere immortalitate. Quia ergo corruptio ista est peccato est: ipsius nomine appellantur peccata: quemadmodum de lingua: et illud frustum carnis et membrum quod in ore mouetur: cum verba distinguimus: et lingua quod per linguam fit: sicut dicimus aliam linguam grecam: aliam latinam. Non enim caro diuersa est: sed sonus. Quomodo ergo dicitur lingua locutio que fit per linguam: sic dicitur et sanguis iniquitas que fit per sanguinem. Attendens ergo multas iniquitates suas: ut illud superius: et omnes iniquitates meas dele: et eas tribuens corruptioni carnis et sanguinis: Libera me inquit de sanguinibus: hoc est libera me ab iniquitatibus: munda me ab omni corruptione. **In** corruptionem enim desiderat: qui dicit: libera me de sanguinibus: quia caro et sanguis regnum dei non possidebunt: neque corruptio in corruptione. Erue me de sanguinibus: deus deus salutis mee. Ostendit quia cum fuerit salus perfecta in isto corpore corruptio in eo non erit: quae tollit nomen carnis et sanguinis. Ipsa est enim perfecta sanitas corporis. Nam non quod sanum est quod labitur: quod indiget: quod habet perpetuam quandam egritudinem famis et sitis: Hec et tunc non erunt: quia esca ventri: et venter escis: deus autem et hunc et has euacuabit. Erit forma corporis perfecta ex deo: absorpta morte in victoriam: nulla remanente corruptione: nulla repente defectione: nullis mutata etatibus: nullo labore lassata: ut nullo cibo fulciatur: et aliquid esca reficiatur. Sed non erimus sine esca et potu: Ipse erit cibus noster deus et potus noster. Solus ille cibus reficit nec deficit. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee. Modo enim iam in ipsa salute sumus. Audi Apostolum: Spe enim salui facti sumus. Et vide quid de ipsa salute corporis dicebat: in nobismetipsis inquit ingemiscimus: adoptionem expectantes: redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem que videtur non est spes. Quod enim videt quis: quid sperat: Si autem quod non videmus speramus: per patientiam expectamus. Qui perseuerauerit usque in finem: ipsa est illa patientia. Hic saluus erit: ipsa est salus quam non dum habemus: sed habituri sumus. Non dum res est: sed certa spes. **Et exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperies: et os meum annun-**

ciabit laudes tuas. Laudem tuam: qua creatus sum: laudem tuam qua peccatis non derelictus sum: laudem tuam qua ut confiterer iam monitus sum: laudem tuam qua ut securus essem mundatus sum. Labia mea aperies et os meum annuntiabit laudem tuam. **Quoniam si voluisses sacrificium dedisse utique: In illo tempore erat Dauid: qui sacrificia victimarum animalium offerebant deo: et videbat hec futura tempora. Nonne in his vocibus nos agnoscimus: Erant illa sacrificia figurata: pronuntiantia vni salutare sacrificium: nec nos dimissi sine sacrificio sumus: quod deo offeramus. Audi enim quid dicat curam gerens pro peccato suo: et ignosci sibi volens malum quod fecit. Si voluisses inquit sacrificium dedissem utique. **Holocaustis non delectaberis. Nihil ergo offerent: Sic venient ad deum: Et vno illud placabimus: Offer sane: in te habes quod offeras. Noli extrinsecus tibiura comparere: sed dic: In me sunt deus vota tua: que reddam laudis tibi. Noli extrinsecus pecus quod mactes inquirere: habes in te quod occidas. Sacrificium deo spiritus contritum: cor contritum et humiliatum deus non spernit. Proius spernit aurum: hircum: anetere: iam non est tempus ut hec offerant. Oblata sunt cum aliquid indicarent: cum aliquid promitterent: venientibus reprobis: promissiones ablatae sunt. Cor contritum et humiliatum deus non spernit. Non quia excelsus est deus: si te excelsum feceris: longinquabit a te. Si te humiliaueris propinquabit ad te. Videte quis iste sit. Cuius videbat deprecari Dauid: videte hic imagine nostram et typum ecclesie. **Benigne fac domine in bona voluntate tua syon: Huic syon benigne fac. Quid est syon: Ciuitas sancta. Que est ciuitas facta: Que abscondi non potest super montem constituta. Syon in speculatione: quia aliquid spectat quod sperat. Interpretatur enim syon speculatio: et hierusalem visio pacis. Agnoscitis ergo vos in syon et in hierusalem: si certi expectans spem futuram: et si pacem habetis cum deo. **Et edificentur muri hierusalem. Benigne fac domine in bona voluntate tua syon: et edificentur muri hierusalem. Non sibi enim tribuat aliqua merita sua: tu cum illo benigne fac. Edificentur muri hierusalem: Monumenta constructantur immortalitatis nostre: in fide: spe et caritate. **Tunc acceptabilis sacrifi-**********

Alia lra.
† despicias.

cum iusticie. **M**odo autem sacrificius pro iniquitate: spiritum contribulatum et cor humiliatum: tunc sacrificium iusticie: laudis solius. **B**eati enim q̄ habitāt in domo tua: in secula seculorum laudabunt te.

*Alia lra.
holocausta.*

Hoc est enim sacrificium iusticie. **O**blationes et holocaustomata. **Q**ue sūt holocaustomata: **T**otū igne consumptū. **Q**uando totū pecus imponebatur are vel igne consumendum: holocaustum dicebatur. **T**otos nos diuinus ignis absumat: et feruor ille tot⁹ arripiat. **Q**uis feruor? **N**ec est qui se abscondat a calore ei⁹. **Q**uis feruor? **B**e quo dic̄ **A**pl̄s: **S**piritu feruētes. **N**on tantum anima nostra absumatur ab illo igne diuino sapientie: sed et corpus nostrum mereatur ibi immortalitatem. **S**ic leuietur holocaustum: vt absorbeat mors in victoriam. **O**blatiōes et holocaustomata. **T**unc imponent super altare tuum vitulos. **U**nde vitulos? **Q**ui tibi elegit innocentia noue etatis: liberat colla a iugo legis.

Psalms in nomine christi: et si forte nō vt volumus: veruntū vt potuim⁹ terminat⁹ est: **R**estat paucis alloqui vos fratres: propter multa mala inter que viuimus. **N**ec enim viuentes in rebus humanis migrare possumus a rebus humanis. **C**um tolerantia viuendum est nobis inter malos: quia cum mali essemus: cum tolerantia vixerūt boni inter nos: **N**on obliuiscētes quid fuerimus: non desperauimus de his q̄ nūc sunt qd̄ fuim⁹. **C**erūtū carissimi in tāta mox diuersitate: et tā detestabili corruptela regite domos v̄ras: regite filios v̄ros: regite familias v̄ras. **Q**uō ad nos ptinet i ecclesia loq̄ vobis: sic ad vos pertinet in domibus vestris agere: vt bonam rationem reddatis de his qui vobis sunt subditi. **A**mat deus disciplinam: peruersa autem et falsa innocētia est: habenas laxare peccatis. **V**alde inutiliter: valde p̄nitiose sēnet fili⁹ p̄ris lenitatē: vt iuste postea dei sentiat seueritatem. **E**t hoc nō solus sed cum dissoluto patre suo. **Q**uid enim si ipse non peccat: et non facit quod filius eius: ideo non debet ab ipsa nequicia filiū prohibere? **A**n forte vt videatur filio eius qz et pater talia faceret nisi senuisset? **P**eccatū quod tibi non displicet in filio tuo: delectat te: sed etas deseruit non cupiditas. **M**axime fratres mei filios vestros fideles attendite: q̄s fide genuistis: vt baptizare

tur. **S**z forte negligit malus filius: vel monita patris: vel obiurgationem: vel seueritatem: tu imple personam tuam: deus de illo exigit suam.

Beni Augustini deuota oratio: quā post singulos sermones atqz tractat⁹ psalmozum dicere consuevit.

Conuerti ad dominū deū patrē omnipotētē: puro corde ei quātū potest paruitas nostra: maxias atqz veras gratias agamus: precantes toto aīo singularē mansuetudinē eius: vt p̄ces n̄ras in beneplacito suo exaudire dignet⁹: **I**nimicus qz a nostris actib⁹ et cogitationib⁹ sua virtute expellat: **N**obis fidē multiplicet: mentem gubernet: **S**pirituales cogitatiōes cōcedat: **E**t ad beatitudinem suā perducatur: **P**er **J**esum **C**hristū filiū suū: **Q**ui cum eo viuit et regnat in vnitate sp̄s sancti de⁹: p̄ omnia secula seculoz **A**men.

Beni Aurelij Augustini Hipponensis epi: de q̄nquagesimo et vltimo p̄me **Q**uinquagene psalmo **T**ractat⁹ feliciter explicat.



